

BIBLIOTECA CENTRAL
EX-LIBRIS



Bibliotheca de Sta Maria la R.l de Nauera
N. 4. C. 19.

DE SACRA

SCRIPTVRA EIVSQVE VSV, AC INTERPRETIBVS.

COMMENTARIVS.

IN QVO NON SOLVM AD SACRORVM BIBLIORVM STVDIVM, & ſacras Conciones formandas Inſtitutio traditur: Sed etiam ſelectorum librorum in vniuerſam Theologiam Speculatiuam, Practicam, & Poſitiuam, ſingularis, & in totam ſacram Scripturam vniuerſalis notitia perhibetur.

AVCTORE FABIANO
Iuſtiniano Genuenſe.
PRESBITERO CONGREG.
Oratorij de Vrbe.





R/ 925

PARISIIS,
Apud LAVRENTIVM SONNIVM, via Iacobæa, ſub Circino aureo.

M. DC. XVIII.



Imprimatur, ſi videbitur Reu^mo. P. Magiſtro Sac. Pal. Apoſt.

Cæſar Fidelis Vicesg.

FRANCISCI RVGERII Congregationis Somaſchenſis Sacerdotis Theologi, de Adm. R. D. Fabiani Iuſtiniani Genuenſis Presbyt. Congregat. Oratorij de Vrbe Commentario de Sacra Scriptura, &c.

Iudicium.

HVnc de ſacra Sriptura eiuſq; vſu, ac Interpretibus, Adm. R. D. Fabiani Iuſtiniani Genuenſis, Congreg. Oratorij de Vrbe Presb. Commentarium, mihi à Reuerendiſs. P. F. Ludouico Ystella, Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtro commiſſum, attento ſtudio perlegi, nec aliquid in eo quod Fidei vel bonis moribus officiat non modo non reperi; ſed omnia quæ ſacræ Scripturæ ſtudioſum & Oratorem ſacrum egregiè inſtruant, ac forment, tum ad pietatem, ſynceramque Fidem in pectoribus fidelium in ſerenaam, ex vberibus ſacræ Scripturæ fontibus, tùm ad promouendos affectus: ita vt non ſolùm ni-

hil politius, & limatius eſſe poſſe cenſeam, ſed nihil etiam vtilius: breuitate enim præſertim & facilitate delectatus auctor, amplam ſegetem Chriſtianæ facundiæ in manipulos mira induſtria collegit: vndè dicendi copiam depromere, ſententias deligere, ſacram doctrinam haurire liceat, planè admirabili ſtudio indicauit; modum declarando, quò intimi ſacræ Scripturæ eruantur ſenſus, germanè, & ſyncerè, ne dùm vult Orator eſſe, videatur impoſtor, & veterator; notando locos, quibus vel ab inſignioribus Interpretibus, vel egregijs auctoribus rerum, & verborum copia comparatur. Quem librum ſi familiarem ſibi faciet ſacer Orator, hauriet quantum ſatis eſt, vt ait Seneca, victoriæ. Quare publicæ commoditati commodanda opera eſt prodire in lucem debet egregium opus, & perneceſſarium illis, qui ſacras literas, & Chriſtianam eloquentiam profitentur.

Franciſcus Rugerius qui ſupra.

Imprimatur, Fr. Thomas Pallauicinus Bononien. Magiſter, & Reuerendiſs. P. Fr. Ludouici Yſtella S. P. Apoſtolici Magiſtri Socius Ord. Præd.

NICOLAI MARIÆ MODAFFARI S. T. D.

Rectoris S. Thomæ in Parione.

AD AVCTOREM EPIGRAMMA.

RImari quicunque adytis vult omnia ſacris,
Et ſuperûm Regis noſcere conſilia:
Quicunque abſtruſos animo luſtrare receſſus,
Quæque oracla Dei viuifica AVRA dedit:
Piſcari eloquio populos quicunque frequentes?
Quique Deo innumeros gignere voce cupit,
Inſtanteſque aperire metus, & Numinis iras,
Et quæ virtutis præmia quiſque ferat:
Te, FABIANE ducem, ſi quid ſapit ille, ſequatur:
Vnus multorum pondus, & inſtar habes:
Nam quæ multorum dudum ſapientia pandit,
Æterno hoc dignum nomine pandit opus.

FRANCISCI RVGERII MEDIOLANENSIS.

Clerici Regularis Congregationis Somaschæ.

AD AVCTOREM EPIGRAMMA.

Dvlcia diuinis quæ libas mella viretis,
Diuini & verbi IVSTINIANE fauos,
Si sacer Orator ruptis alueatibus ipsis,
Acrius ardenti mente liquata leget,
Quos non cœlestes fundet sacra lingua liquores?
Auribus æthereum dulceque manna fluet?
Ah video Christi sacra dulcore solutas,
Quàm sacer Orator, te duce, reddet eues.

AVCTORIS PRÆFATIO.

AD LECTOREM.

APES quidem imitatus, Lector optime, mella ex floribus delibare inſtitui; vt quibus otium haud ſuppetit fuſiores de hac, quam ſcripſi, materia tractationes peruoluendi, hoc meo commentariolo habeant, vnde ſuis votis aliquo pacto ſatisfaciant: quod an fuerim aſſecutus, aliorum eſto iudicium.

Vidi de Sacra Scriptura, & de ſacro Concionatore Antiquiores, & recentiores omnes, quos potui; à quibus tamen ita ſuccum elicui, vt ſemper cauetim, ne actum agerem: licet optimè per-

ſpectum haberē non eſſe illa ſpernenda, quæ iterum tractanda ſumuntur; cum nihil in rerum naturâ adeò perfectum ſit, cui aliquid adijci non poſſit, & quiuis vel ex eo laudem cenſendus ſit promereri, quòd pro ſuæ doctrinæ qualitate in re optima elaboret.

Auctores ex ſelectioribus mihi notos, ad doctrinam ſtudioſorum ſacræ Scripturæ, & Concionatorū indicaui quantùm ſufficere vtriſque ſum arbitratus: quos tamen in ſacra Biblia, vel vniuersè, vel ſingulatim ſcripſiſſe noui, iuxta eorundem ſacrorum Bibliorum ordinem omnes recenſui, vt eiſdem facerem ſatis.

Emiſi annis præteritis Indicem vniuerſalem, ex quo qui volet pleniorem de ſingularum materiarum Scriptoribus cognitionem habere poterit. Cæterum ita ſcripſi, vt non mihi; ſed rationi, & auctoritati credendum duxerim, ſtylum quoad potui pedeſtrem, & vernaculo ſimilem, nullamque lucubrationē redolentem, iuxta S. Hieronymi monitum, imitatus: *Neque enim, vt ille ait, de Scripturis diſputantem decet Ariſtotelis argumenta conquirere; nec ex flumine Tullianæ eloquentiæ ducendus eſt riuulus, nec auges Quintilianis floſculis, & ſcholari declama-*

S. Hieron. epiſt. to. 3. in quæſtionibus ad Damaſum, q. 2. in fine.

tione mulcendæ, pedestris, & quotidianæ similis, & nullam lucubrationem redolens, oratio necessaria est, quæ rem explicet, sensum edisserat, obscura manifestet, non quæ verborum compositione frondescat. Vnde cum eodem dicere libet: *Sint alij diserti, laudentur, vt volunt, inflatis buccis, spumantia verba trutinent: mihi sufficit loqui, vt intelligar, vt de Scripturis loquens, & disputans, scripturarum imiter simplicitatem.* Idem ibid.

Quòd si dum fercula, dapes, & mella lectissima tibi parare intendo, fortè incuria, & fragilitate humana, quod Giezi Eliſæi discipulo legimus contigisse, amaras colloçyntindas, me collegisse aliquando animaduerteris; diuinis tantummodo eloquijs datum esse considera, quæ pro incomparabili sui synceritate argẽto septies igne probato comparat Psaltes, nullam amaritudinem retinêre; & libens, vt dulcescere valeant, farinam cum Eliſæo appone, corrige, & ignosce. Vale. 4 Reg. 4 39. Psal. 11. 7.

INDEX
CAPITVM
LIBRI PRIMI
PARTIS PRIMÆ.

Cap. I. *De varijs Sacræ Scripturæ nominibus.* Pag. 1.

Cap. II. *De Auctoritate ſacræ Scripturæ, & de maxima qua tractari debet reuerentia.* 3

Cap. III. *De ſacræ Scripturæ verſionibus Hebraicis, Chaldaicis, & Syriacis.* 10

Cap. IV. *De ſacræ Scripturæ Græca Verſione Septuaginta Interpretum.* 14

Cap. V. *De ſacræ Scripturæ reliqui Græcis interpretationibus.* 18

Cap. VI. *De ſacræ Scripturæ latinis editionibus, & primò de vulgata, & eius auctoritate.* 21

Cap. VII. *De ſacræ Scripturæ reliquis latinis Catholicorum interpretationibus.* 25

Cap. VIII. *De Bibliis Auguſtini Iuſtiniani Epiſcopi Nebienſis Complutenſibus Regijs & Latinis ex Græcis Septuaginta Interpretum.* 29

Cap. IX. *De vulgaribus ſacræ Scripturæ Interpretationibus.* 32

Cap. X *De ſacræ Scripturæ neceſſitate, & vtilitate* 34

Cap. XI *De ſacræ Scripturæ difficultate, & eloquentia.* 39

Cap. XII. *De ſacræ Scripturæ ſenſibus.* 44

Cap. XIII. *De ſacræ Scripturæ ſtudio ad ſenſus eius percipiendos neceſſario.* 48

Cap. XIV. *De ſacræ Scripturæ quibuſdam regulis ad eius ſenſus percipiendos neceſſarijs & de au-*

Ctoribus, qui de illis scripserunt. 53
Cap. XV. *De sacræ Scripturæ adiumentis quibusdam, & studijs ad eius sensuum intelligentiam necessarijs.* 58
Cap. XVI. *Ex Patribus & Neotericis selectiores ad sacrarum Scripturarum sensuum intelligentiam assequendam.* 65

Libri Primi Partis Secundæ.

Cap. I. *De singulis sacræ Scripturæ libris Canonicis Veteris, ac Noui Testamenti, & de aliquibus ex selectioribus, qui in illos scripserunt.* 78
Cap. II. *De Quinque libris Moysis siui Pētateucho.* 82
Cap. III. *De libro Geneſis.* 83
Cap. IV. *De libro Exodi.* 85
Cap. V. *De libro Leuitici.* 86
Cap. VI. *De libro Numerorum.* 87
Cap. VII. *De libro Deuteronomij.* 87
Cap. VIII. *De libro Ioſue.* 88
Cap. IX. *De libro Iudicum.* 89
Cap. X. *De libro Ruch.* 91
Cap. XI. *De libris Regum.* 91
Cap. XII. *De libris Paralipomenon.* 92
Cap. XIII. *De libro Eſdræ.* 93
Cap. XIV. *De libro Tobiæ.* 94
Cap. XV. *De libro Iudith.* 95
Cap. XVI. *De libro Eſther.* 96
Cap. XVII. *De libro Iob.* 97
Cap. XVIII. *De libro Pſalmorum.* 98
Cap. XIX. *De libro Prouerbiorum.* 100
Cap. XX. *De libro Eccleſiaſtes.* 101
Cap. XXI. *De libro Cantici Canticorum.* 102
Cap. XXII. *De libro Sapientiæ.* 104

INDEX

Cap. XXIII. *De libro Eccleſiaſtici.* 106
Cap. XXIV. *De libris prophetarum Maiorum.* 107
Cap. XXV. *De prophetia Iſaiæ.* 108
Cap. XXVI *De prophetia Ieremiæ.* 109
Cap. XXVII. *De libro Thrænorum.* 110
Cap. XXVIII. *De prophetia Baruch.* 112
Cap. XXIX. *De prophetia Ezechielis.* 113
Cap. XXX. *De prophetia Danielis.* 114
Cap. XXXI. *De libris Prophetarum Minorum.* 115
Cap. XXXII. *De prophetia Oſeæ.* 116
Cap. XXXIII. *De propheiia Ioelis.* 117
Cap. XXXIV. *De Prophetia Amos.* 117
Cap. XXXV. *De prophetia Abdiæ.* 118
Cap. XXXVI. *De prophetia Ionæ.* 119
Cap. XXXVII. *De prophetia Michææ.* 119
Cap. XXXVIII. *De prophetia Nahum.* 120
Cap XXXIX. *De prophetia Habacuc.* 120
Cap. XL. *De prophetia Saphoniæ.* 121
Cap. XLI *De prophetia Aggei.* 122
Cap. XLII. *De prophetia Zachariæ.* 122
Cap XLIII. *De prophetia Malachiæ.* 123
Cap. XLIV. *De libris Machabeorum.* 124
Cap. XLV. *De Nouo Teſtamento.* 126
Cap. XLVI. *De Quatuor Euangeliorum libris.* 126
Cap. XLVII. *De Euangelio S. Matthæi.* 131
Cap. XLVIII *De Euangelio S. Marci.* 133
Cap. XLIX. *De Euangelio S. Lucæ.* 134
Cap. L. *De Euangelio S. Ioannis* 136
Cap. LI. *De libro Actuum Apoſtolorum.* 138
Cap. LII. *De Epiſtolis B. Pauli.* 139
Cap. LIII. *De Epiſtola B. Pauli ad Romanos* 144
Cap LIV. *De Epiſtolis B. Pauli ad Corinthios.* 145
Cap. LV. *De Epiſtola B. Pauli ad Galatas.* 145

CAPITVM.

Cap. LVI. De *Epistola B. Pauli ad Ephesios.* 146
Cap. LVII. De *Epistola B. Pauli ad Philippenses.* 147
Cap. LVIII. De *Epistola B. Pauli ad Colossenses.* 147
Cap. LIX. De *Epistolis B. Pauli ad Thessalonicenses.* 147
Cap. LX. De *Epistolis B. Pauli ad Timotheum.* 148
Cap. LXI. *De Epistola B. Pauli ad Titum.* 149
Cap. LXII. De *Epistola B. Pauli ad Philemonem.* 150
Cap. LXIII. De *Epistola B. Pauli Apostoli ad Hebreos.* 151
Cap. LXIV. De *Epistolis Catholicis.* 152
Cap. LXV. *De Epistola B. Iacobi.* 153
Cap. LXVI. De *Epistolis B. Petri.* 156
Cap. LXVII. De *Epistolis Ioan. B. Apostoli.* 159
Cap. LXVIII. *De Epistola Catholica B. Judæ Apostoli.* 161
Cap. LXIX. *De Apocalypsi B. Io. Apostoli.* 163

Libri Secundi Partis Primæ.

Cap. I. *De spectantibus ad personam Concionatoris, & primum de natura & vocatione.* 167
Cap. II. *De probitate, & insigni vitæ sanctimonia, Sacro Concionatori necessaria.* 200
Cap. III. *De doctrina, & studio Sacro Concionatori necessario, deq; accommodo doctrinarum præcipuè Philosophorum, Patrum, & Sacrarum Scripturarum in sacris concionibus usu.* 204
Cap. IV. Sacra Bibliotheca selecta.
In qua primùm recensentur ex selectioribus Historicis & memorabilium exemplorum, & miraculorum Enarratoribus, nonnulli Sacro Concionatori magis congruentes. 210
De sanctorum historijs. 218
De exemplis memorabilibus historijsq; selectis,

& miraculis. 220
Cap. IV. Pars Altera. Ex ſelectioribus Theologis Scholaſticis Practicis, & Poſitiuis, nonnullis ſacro Concionatori magis congruentes 226
De ſcriptoribus in totã Angelici Doctoris sũmam. 227
De ſcriptoribus in Primam eiuſdem Angelici Doctoris Partem. 228
In Primam Secundæ. 230
In Secundam Secundæ. 231
In Tertiam Partem. 232
De Theologicis Controuerſijs contra Hæreticos ex Neotericis ſelectioribus ſcriptores. 233
Contra Iudæos ex ſelectioribus Neotericis. 235
Contra Saracænos ex ſelectioribus. 236
Contra Gentiles & Ethnicos ex ſelectioribus. 230
Concilia & Decreta Summorum Pont. 237
Ex ſelectioribus de caſibus vt vocant conſcientiæ. 238
De Beneficijs ex ſelectioribus. 242
De Cenſuris. 242
De Confeſsione, ſeu Pœnitentia. 243
De Eccleſiæ ritibus. 243
De Epiſcopis & eorum officio. 243
De Irregularitate. 244
De Matrimonio. 244
De Miſſa. 246
De Præceptis Decalogi ex ſelectioribus. 245
De Regularibus. 245
De Reſtitutione. 246
De Simonia. 246
De Strigibus & rebus Magicis ex ſelectioribus. 246
De Vſuris. 246
Ex ſelectioribus auctoribus in Euãgelia Dominicalia Quadrageſimalia, & Feſtiua Sãctorũ per annũ. 247

CAPITVM.

In Euangelia Dominicalia totius anni. 250
In Euangelia Dominicalia per Aduentum. 250
In Euangelia Quadrageſimalia, & Feſtiua de Sanctis. 251
In Euangelia Feſtiua de Sanctis ex ſelectioribus. 252
De Particularibus Concionibus. 252
Ex ſelectioribus de locis communibus pro ſacris Concionibus. 253
Ex ſelectioribus auctoribus libellorum, vt vocant, ſpiritualium. 255
De Chriſti Vita, & myſterijs ex ſelectioribus. 260
De Chriſti Paſſione. 260
De Beatiſſimæ Virg. Deiparæ Vita, myſterijs, & laudibus. 261
De Angelorum cuſtodia & miniſterio. 263
De Auxilijs diuinæ gratiæ. 263
Cap. IV. *Pars Tertia. Ex Patribus nonnulli ſacro Concionatori magis congruentes.* 264.
Cap. IV. *Pars Quarta. De Bibliorum concordantijs, lexicis, dictionarijs, & emendorum librorum perpetuis regulis.* 277

Libri Secundi Partis Secundæ.

Cap I. DE *Inuentione.* 280.
Cap. I. *Pars altera. De Inuentione in ſingulis dicendi generibus.* 290
Cap. II. *De diſpoſitione.* 298
Cap. II. *Pars altera. In omni Concionum genere particulares diſpoſitiones.* 302
Cap. III. *De Elocutione.* 310
Cap. III. *Pars altera. De figuris elocutioni magis congruentibus.* 316
Cap. IV. *De Amplificatione.* 325
Cap. V. *De Memoria.* 390

INDEX

Cap. VI. *De Pronuntiatione siue actione.* 333
Cap. *Vlt. De Sacri Concionatoris prudentia.* 347

Indicis Capitum Finis.

CVNCTAS ILLVSTRAT
ECCLESIAS.
Offic. Eccleſiaſt.



AVE LVMEN LVCIDISSIMVM
QVO MVNDVS ILLVSTRATVR.
Ephræm Orat. de Deipara.

DE SACRA SCRIPTVRA.

LIBRI PRIMI PARS PRIMA.

De varijs Sacræ Scripturæ Nominibus. Cap. I.

CVM excellentium rerum natura, vel S. Thoma teſte, ea ſit, vt ſimul, prout eſt in ſe ipſa, captum noſtrum excedens, intelligi nequeat, factum cernimus, vt pluribus à nobis, prout diuiſim illam cognoſcimus, nominibus diſtinguatur. Quod maximè, ob ſupremam ſui celſitudinem, & eminentiam illi volumini, in quo vtriuſque Teſtamenti libri cõtinentur, contigit; dum illud, modò ſacram Scripturam, modo ſacra Biblia, modo Teſtamentũ Dei, Pactum, Fœdus, Chirographum, Legẽ, Euãgelium, Verbum Dei, Theologiam poſitiuam, aliiſque plurib. nominibus compellamus, Et quidem merito: nam *ſacra Scriptura*, vel etiam abſolutè *Scriptura* idcirco dicitur, quòd ſolum penè dignum ſit, quod Scripturæ mandetur: vnde Græcè κατ' ἐξοχὴν vocatur, quòd illud ſit, quòd falſum, erroneum, aut

S. Tho. 1 p. q. 13. art. 1.

turpe nihil contineat, ſed verè ſancta omnia: nam cætera, quæ de rebus humanis, vel inanibus ſcribi ſolent volumina, cum plurimis erroribus ſcateant, ſcribi vix debent. Vnde Auguſtinus: *Non*, inquit, *illæ innumerabiles, & impiæ fabulæ, quibus vanorum plena ſunt carmina poëtarum, vllo modo noſtræ conſonant libertati: Non Oratorum inflata, & expolita mendacia, non denique ipſorum Philoſophorum garrulæ argutiæ, qui vel prorſus Deum non cognouerunt, vel cum cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt. Abſit omnino, vt iſtorum vanitates & inſaniæ mendaces, ventoſæ nugæ, at ſuperbus error, rectè liberales literæ nominentur, hominum ſcilicet infœlicium, qui* Dei *gratiam, per Ieſum* Chriſtum Dominum *noſtrum, qua ſola liberamur, de morte corporis huius, non cognouerunt, nec in eis ipſis, quæ vera ſunt, cenſuerunt.* Hæc ille.

Aug. epiſt. 111. ad Memor.

Dicitur etiam Scriptura *Sacra*, quia Scriptores illius non ambitione aliqua, aut gloriæ aucupandę ſtudio, vt prophani ſcriptores incitati, calamum arripuerunt, ſed Deo mouente, illuſtrante, & calamum dirigente, vt 2. Petri cap. 1. dicitur. Vel etiam quia, vt Sacra, debet inuiolabiliter cuſtodiri, & ab vſibus prophanis ſeparari.

Dicitur *Biblia*, per excellentiam, quòd, cum libros vtriuſque Teſtamenti à Spiritu ſancto dictatos contineat, omne genus librorum humanorum, omneſque eorum Bibliothecas longè poſt ſe relinquat.

Dicitur *Teſtamentum Dei*, quòd Dei, & Chriſti teſtatoris voluntatem, ordinationemque contineat, de quo latè Apoſtolus Paulus in epiſt. ad Hebręos, quã prope ſignificationem etiã retinẽt voces: *Pactum, Fœdus, Chirographũ, Lex*, &c.

Dicitur *Verbum Dei*, quòd, Deo auctore, inſpiratum ſit hominibus, qui illud ſcripſerunt, vt ſequenti capite demonſtrabimus, quodque eius voluntatem, & res admirabiles, ſanctas, ineffabiles, indeab initio Mundi conditi cum Angelis,& hominibus ab ipſo geſtas enarret.

Dicitur tandem *Theologia*, quia ſermonem, ſcientiam,ad doctrinam de Deo,rebuſque diuinis continet. *Poſitiua*, quia plenis verbis ſententiam ponit,ad eius etiam, quam vocant ſcholaſticam,diſtinctionem, quæ per ratiocinationes, definitiones,diuiſioneſque obſcuriores, ſeu latentes,è ſcripturis ſanctis ſententias elicit.

De *Auctore ſacræ Scripturæ,& de maxima, quæ tractari debet reuerentia. Cap. II.*

DEum auctorem eſſe ſacrę Scripturæ.Petrus Apoſtolus in ſecunda ſua epiſtola manifeſtè nos docuit, dum ait: *Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia; ſed Spiritu ſancto inſpirati, loquuti ſunt Sancti Dei homines:* neque enim Prophetæ, & ſacrorum librorum ſcriptores pro voluntate ſua ſcripſerunt, vel prophetarunt:ſed prout diuinus Spiritus ipſos ad ſcribendum mouebat. 2. Petr. cap. 1 21.

Mouebat autem illos diuinus Spiritus,non ſicut à malis ſpiritibus arreptitij mouẽtur, vt perperam Montaniſtæ, ſeu Phrygaſtæ hæretici, à Baſilio,Hieronymo,& Epiphanio confutati docuerunt:ſed mouebat eos,incolumi ſemper vſu liberi arbitrij. Abhorret enim à ratione diuinæ præſentię,vt amentem reddat,quem implet ſapientia: & vt,qui præbet aliis vtilitatem, nihil ex propriis ſermonibus capiat vtilitatis: mouebat, inquam,eos, impellebatque (ſemper aſſi- *Baſilius & Hieron. in Proœm. Iſaiæ. Epiph. hæreſi. 48.*

ſtendo, ne à veritate deficerent) ad ea ſcribenda quę vel non nouerant, ea reuelando, cuius generis multa ſibi fuiſſe reuelata, teſtatur Dauid, dicens: *Incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Vel quæ nouerant, ſpeciali quadam aſſiſtentia, ad ea ſcribenda dirigendo, ne in viſis aut ſcitis, vel in minimo fallerentur, aut fallerent. Vt enim Auguſtinus ait: *Si in aliquo ſacro libro vel minima falſitas reperiretur, totius libri certitudo periret, & niſi ſcriptor ſacer peculiari Spiritus ſancti aſſiſtentia dirigeretur, etiam in iis, quæ vidit, & nouit, facilè per obliuionem, aut affectum non purum in aliquam falſitatem incideret, vt ſit ſubinde apud Hiſtoriographos:* Vel demum non ſolum res occultas, quæ non nouerunt, reuelando; vel ad res notas ſcribendas eoſdem incitando, & ne errarent dirigendo, & veluti manutenēdo: ſed etiam verba ipſa ſingula, quibus ſcriberent, & modum connexionis verborum illis inſpirando, & veluti dictando.

Pſal. 5. 8.

Aug. epiſt. 8. ad Hier.

Non tamen deſunt, qui aſſerant verborum compoſitionem, &c. ſæpè ſcientiæ, & induſtriæ ſacri ſcriptoris à Spiritu ſancto relicta fuiſſe. Licetne in ſcribendo errarent, eiſdem ſemper aſtiterit, quod ex eo probare cōtendunt, quod ſcriptor ſecundi libri Machab. aſſerat ſe abbreuiatorē eſſe, & opus aſſumpſiſſe laboribus plenum: cuius laboris nulla infuiſſet, vt dicunt, neceſſitas, ſi verba Spiritus ſanctus dictaſſet. Et ex eo, quod plurima ſacra Scriptura contineat, quę indigna videntur dictamine Spiritus ſancti, vt ſunt quæ in libro Tobiæ memorantur de cane, qui iuniorem Tobiam in peregrinatione ſequutus eſt: & illa, quæ Paulus ad Timotheum ſcribit,

2. Machab. 2

2. Timot. 4. 13.

dum ait: *Penulam, quam reliqui Troade, veniens afer tecum*, vel illa, quæ ſupra dicit: *Lucas eſt mecum ſolus*, quæ & ſimilia indignum cenſent dicere, quod à Spiritu ſancto ſint verbatim dictata, non animaduertentes, vt ſacri docent Doctores, talium fieri in ſacris literis mentionem ad veritatem facti exprimendam. Et verè cur, quod factum, eſt non dicatur? Et ſi apud prophanos in fabulis cũ iſtiuſmodi leguntur narrationes laudantur, vt apud Homerum, quod veritatem ſcilicet rectè imitentur: cur, dum exprimuntur in ipſa veritate, non laudabuntur, præſertim cum ea ipſa multum etiam afferant non cognitionis tantum, ſed etiam actionis? *Verſ.* 11. *Homerus. Odiſſ.* 15 & 16.

Quare his non obſtantibus, dicendum puto, omnia, quæ in ſacris Scripturis ſunt, à Spiritu ſancto eſſe, ſecũdum res, verba, & modum compoſitionis verborum, ita vt ſinguli ſacri ſcriptores cum Dauide dicere poſſint: Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis: ſintque eorum verba ita à Spiritu ſancto determinata, vt ſunt characteres, qui ab ipſo ſcribente calamo determinantur. Quod Gregorius manifeſtè docuit, dum de libro Iob verba faciens: *Quis*, inquit, *hæc ſcripſerit, valdè ſuperuacuè quæruntur, cum tamen auctor libri Spiritus ſanctus fideliter credatur, ipſe igitur hæc ſcripſit, qui hæc ſcribenda dictauit: Ipſe ſcripſit, qui & illius operis inſpirator extitit.* Quod ſimilitudine deinde pereleganti ſic explicat: *Si magni cuiuſdam viri ſuſceptis epiſtolis legeremus verba, eaque quo calamo fuiſſent ſcripta, quæreremus, ridiculum profecto eſſet, ſi non epiſtolarum & auctorem ſcire, ſenſumque cognoſcere, ſed quali calamo earum verba impreſſa fuerint, indagare ſtuderemus.* *Gregor. in proœm. Moral. cap.* 1.

Cum ergo rem cognoſcimus, ciuſque rei Spiritum ſanctum auctorem tenemus, qui ſcriptorem quærimus, quid aliud agimus, niſi legentes literas, de calamo perſcrutamur? Ex quibus verbis infertur, quòd, licet ſcripſerint Moyſes, Prophetæ, Euangeliſtæ, Paulus, & alij ſacræ Scripturæ libros, atque epiſtolas; non tamen Moyſis, aut cæterorum libri, aut epiſtolæ ſunt dicendæ, ſed libri, aut epiſtolæ Dei, cum in illis non ſolum ſententię, ſed etiam verba ſingula, & apices, Deo dictante, ſcripti ſint. Apoſtolis tamen, Prophetis, aliiſque ſacris ſcriptoribus ita vſus eſt Deus, vt ſicuti ſupra innuimus, ſeruato cuiuſque eorum ingenio, omnia ſcribi voluerit. Sic Iſaias, qui vrbanus, & in aulis Regum fuerat verſatus, vt ſtylo eleganti ſcriberet, voluit; & Amos, qui erat ruſticus voluit vt ipſo dicendi modo ſuam ruſticitatem, vt ait Hieronymus, referret, & quia ſunt etiam variæ gratiarum diuiſiones Spiritus ſancti, alios in ſcribendo clarius voluit illuſtratos, vt Ieremiam, alios vero minus claré, vt auctorem libri ſecundi Machabæorum. Vnde per Oſeam Dominus, *Locutus ſum*, inquit, *ſuper prophetas, & ego viſionem multiplicaui, & in manu prophetarum aſſimilatus ſum.* quod ſanè factum eſt, dum eorum ſe accommodans ingenio, factus eſt quaſi eorum ſimilis, eorum, inquam, ſtylo, & dicendi genere vtens: dum tamen in ipſa ſermonum diuerſitate vnus eſſet Deus, qui loqueretur: quemadmodum eadem manus, iuxta calamorum diuerſitatem, diuerſos omnino exprimit characteres. Quare licet ſacrorum librorum verba tribui poſſint Apoſtolis, & Prophetis, rectius tamen Deo, qui illis eſt vſus,

Hieron. in prologo Amos.

Oſeæ 12. 10.

adſcribuntur, quemadmodum ſciſſio rectius manui, quam enſi, vel gladio tribuitur. Sicut itaque illa ſancta quatuor animalia apud Ezechielem, *Vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur, cum ambularent*: Ita ſacri ſcriptores à Spiritu ſancto in ſcribendo ſic agebantur, vt nequaquam aliquando ex propriis loquentes retrocederent. Dicimus igitur iuxta probabiliorem ſententiam, ſacris ſcriptoribus, non ſolum ſenſum, ſed etiam verba, & apices à Spiritu ſancto in ſacris Scripturis fuiſſe dictatos: Vnde meritò Doctores noſtri verbatim illa recitant, & explicant: vt etiam interdum legimus factum à ſacris Scriptoribus noui Teſtamenti, dum veteres citant ſcripturas, cum ab ipſis verbis pendeat veritas ſententiarum. Nam quorſum ſacrarum literarum interpretes, tam attentè ſingula ſacræ Scripturæ verba expendenda exiſtimarent, niſi eadem a Spiritu ſancto dictata intelligerent? ET ſané, ſi nihil aliud in Scriptura ſacra agnoſceremus, niſi aſſiſtentiam Spiritus ſancti, qua veluti manu tentus ſit, & directus ſacer Scriptor ne erret, difficile eſſet aſſignare differentiam inter talem Scripturam ſacram, & definitiones Conciliorum, quoniam & iſtæ ſcriptæ ex directione Spiritus ſancti, infallibilem continent veritatem. Ezechiel. 1. 12.

Quare ſatis conſtat omnia, quæ in ſacris Scripturis habentur & ipſa verba, & apices eſſe à Spiritu ſancto. Quod verum cenſeo non ſolum de ſacra Scriptura, prout in principio fuit ab eodem Spiritu dictata: ſed etiam prout exiſtit in noſtra Vulgata Latina editione, ſicuti innuere ſatis apertè videntur verba Concilij Tridentini,

Conc. Trid. sess. 4. in decreto de canonicis scripturis.

quæ sic se habent: *Si quis autem libros ipsos integros* (intellige sacræ Scripturæ) *cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur pro sacris, & canonicis non susceperit: & traditiones prædictas sciens, & prudens contempserit, Anathema sit.*

Quare si libri vulgatæ Latinæ editionis integrè, cum omnibus suis partibus sunt suscipiendi, tanquam sacri, & canonici, prout leguntur, constat eos in omnibus suis partibus, etiam prout leguntur, verbatim à Spiritu sancto fuisse inspiratos, licet multa librariorum incuria in eos menda irrepserint, quæ à Patribus deinde ipsius Cõcilij auctoritate deputatis sublata fuere.

Non igitur oportet accipere, quæ in sacra Scriptura traduntur quasi ex hominibus veniãt.

Procopius Gazæus præfatione in Genesim.

Nam quemadmodum, vt pulchrè, & scitè Procopius, regius minister, regis vocem, & præceptum imitatur, dicens, iussi, sententiam tuam declaraui, sic prophetæ sancti, magni illius Regis præcones, eius quoque vocem imitati sunt, & sermonis illius ministri fuerũt, ab ipso tamen angulari lapide Christo Iesu fulti. *Nec illas quidem*, inquit Chrysostomus, *quæ tenues esse putantur, Scripturarum sententias prætermittamus: nam & ipse de Spiritus gratia sunt: Spiritus autem gratia, numquam parua est, aut vilis, sed magna, & mirabilis, & dantis munificentia digna.* Hæc ille.

Chrys. hom. 1. ad populum.

Feuard. in præfat. ad Sixt. V. P. Max.

Ex quo elicitur quanta sint reuerentia sacræ Scripturæ verba tractanda, sanè, vt optimè Feuardentius obseruat, pij solent viri cum sancto Francisco illa vbicunque scripta inuenerint in locis illicitis colligere, & in locis honestis reponere. quin Iudæis olim piaculum publicis ieiu-

niis expiãdum exiſtimatum fuiſſe aſſerit, ſacros codices ſuper nudam terram deponere, aut illotis manibus attingere, aut in ſuis Synagogis à Leuita circumlatos non religioſiſſimè venerari, ſimulque adorare. Et ex Ariſtæa commemorat Ethnicos, earum partem ante bis mille annos in linguam ſibi notam tranſlatam, in publica Bibliotheca collocaſſe, & tanquam diuina oracula ſuſpexiſſe, & exoſculatos fuiſſe. His accedit, vt idem obſeruat, quod in eos, qui aliquo pacto illa contempſiſſe noſcuntur miris modis vltio diuina deſæuijt. Hanc enim ob cauſam horrendo planè modo in belluinos mores transformatus eſt Nabuchodonoſor, & Diocletianus lingua vermibus corroſa, ſibi ipſi vim intulit prius corporis tabe, mentiſque inſania correptus, & Proculus Genſerici Vvandalorum Regis miniſter, ſibi fruſtulatim linguam dentibus lacerans, fœda morte ſublatus eſt, quod ſacra volumina flammis voracibus publicè concremarit. Addit ex Euſebio Theopompum nonnulla ex Hebræorum libris Græca oratione conatum exornare, mentis turbatione illico fuiſſe correptum, & Theodectem tragœdum, cum ad quandam fabulam etiã aliqua ex illis deſumpta aptare vellet, continuo captum luminib. Alium quoque, Philone referente, nominis Abrahæ commutationem irridentẽ, & contumelioſis verbis identidem exagitantem, veſaniæ ſuę pœnas impura, & præpoſtera morte perſoluiſſe. Quibus ſanè cœleſtis iræ, ac diuinæ vltionis exemplis, contemptores, hoſteſque diuinorum librorum, ipſius quoque Dei viuentis eorum auctoris contemptores, ac hoſtes eſſe conuincuntur.

Ariſtæas.

Dan. 4.
Euſeb. lib. 8. hiſt.
Niceph lib. 7. c 4.
Sigebert.

Euſeb. lib. 8. præp. Euang. c. 1.

Phil. lib. de mut. nom. in ſac. lit.

Conc. 1. Arelat. c. 13. Quare optimo iure Patres Arelatenſes eos ex ordine Cleri ſubmouerunt, qui Scripturas ſanctas perſecutoribus dediſſe probarentur, & Patres Tridentini Concilij quaſi temeratores, & violatores verbi Dei eos ſeuerè coërceri iuſſerunt, qui quomodolibet earum verba, & ſententias ad ſcurrilia, fabuloſa, adulationes, detractiones, ſuperſtitionesve detorquerent. *Nihil enim in illis eſt*, vt ait Hieronymus, *quod non luceat, & ſplendore ſuo mundum illuminet, vt etiam quæ parua putantur, Spiritus ſancti fulgeant maieſtate.*

Tridentini ſeſſ. 4.

Hier. epiſt. ad Iulian.

De ſacra Scripturæ verſionibus Hebraicis, Chaldaicis, & Syriacis. Cap. III.

TRes cæteris antiquiores, veteris teſtamenti verſiones, Hæbraicam, Chaldaicam, & ex parte Syriacam fuiſſe, nullus, qui benè ſapiat, dubitat. Verùm cẽſent aliqui Hebraicam, tempore captiuitatis Babylonicæ perijſſe, quando ſcilicet euerſa fuit ciuitas, & Templum incenſum, ac deinde ab Eſdra rurſum, Spiritu ſancto ſuggerente, & dictante omnia, ſicuti antea factum fuerat, reſtitutam. Quia tamen, vt erudite Card. Bellarminus docet, non niſi libri Apochryphi quarti Eſdræ teſtimonio innixi, hoc aſſeuerant, dicendum potius videtur, cum Chryſoſtomo, Hilario, Irenæo, Tertulliano, & aliis grauiſſimis Scriptoribus, & Eccleſiæ Patribus, Hebraicam verſionem, etiam nunc apud nos extare, prout à Moyſe, & antiquis olim Prophetis conſcripta fuit: Et quidem ab eodem Eſdra inſtauratam, non tamen iterum de nouo dictante Spiritu ſancto conſcriptam: ſed tantummodo in vnum corpus redactam, & ordinatam, vel etiam ab erroribus, qui in eam

Card. Bellarm. to 1. controu. lib. 2. c. 1. 2 & 3. & Greiſerus ibi.

Chryſ. ho. 8. in epiſ. ad Hebræos.

Hilar. præf. in Pſalm.

Irenæus lib. 3. cap. 25.

Tertull. de habitu mulierum.

ſcribarum negligentia irrepſerant emendatam, &, vt docet Hieronymus, nouis literis adinuentis, antiquis, Samaritanis relictis, deſcriptam. In aliquo tamen nunc eſſe deprauatam, ſatis aperte dignoſcitur: licet non bene conſtet, an id librariorum negligentia, vel Rabbinorum, qui puncta addiderunt, ignorantia, vel etiam malitia, quod probabilitate non caret, euenerit. Ex quo infert Card. Bellarminus, falſam omnino eorum eſſe ſententiam, qui plus æquo Hebraicæ verſioni tribuētes, omnia ſecundum eam examinanda putant: licet haud ipſe tanti momenti eiuſdem errata eſse fateatur, quin, punctis detractis, in ea omnia reperiantur quæ ad fidem, & bonos mores ſpectant. Difficile tamen eſt, vt benè docet Tannerus, ſine ipſis punctis ob eius linguæ difficultatē, ſine errore poſſe eam interpretari: vnde ait, *Editionem Hebraicam veteris teſtamenti, quomodo quæſo audent vſque adeo efferre, cum manifeſtum ſit, ſine punctis citra errorem, vel certè citra præſentiſſimum errandi periculum (ſepoſita verſione Latina, vel Græca) vix, ac nec vix quidem vnum caput Hebraici textus legi poſſe? Quid enim v. g. ſi quis illud Deuteronomij 4. vbi iam legimus* לא תוסיפו על הדבר Non addetis ad verbum, quod ego præcipio vobis: *minima punctorum facta mutatione, ita legeret*: Non deficietis ſuper verbo, &c. לא תמפו אל חדבר *nonne hac ratione inſanus eorum clamor, qui hunc locum in nos velut fortiſſimum telum contra inuocationem Sanctorū, cultum imaginum, legem ieiunij, continentiæ &c. intorquent, penitus conticeſceret? & omnino legi ſic poſſet, niſi vulgata editio aliter legendum ſignificaret. Aut fortaſſe volunt illi*

Hieron. in prologo Galeato.

Tanner. in diſputat. de verbo Dei. Theſ. 48. & 49.

puncta vnà cum textu pro ſacroſanctis haberi? Certe, ſine vbore non poſſunt. Cum enim puncta primum poſt S. Hieronymi tempora, quadringentis, & amplius annis à Chriſto nato tranſactis à perfidis Maſoretis Judæis ad textum adiuncta ſint, vt refert Jacobus Epiſcopus Chriſtopolitanus, & R. Elias, quis credat hoſtes fidei noſtræ in punctis addendis nunquam erraſſe, aut nunquam præiudicato ſuo errori fauiſſe? vt omnino quidem fauiſſe agnoſcunt etiam ſectatores eius cum apud Iſayam cap. 9. pro יקרא אל *vocabitur Deus, legunt,* יקרא־אל *vocabit Deus, & ſimiliter apud Ieremiam* יקראו *vocabit eum, pro* יקראו *vocabunt, vel* יקראן־הו *vocabunt eum. Vt taceam nullibi facilius, quam in Scriptura Hebraica, propter maximam literarum quarundam ſimilitudinem errores accidiſſe poſſe.* Hæc ille. Chaldaicè primum conſcriptos fuiſſe ſacros libros Tobię, Iudith, & ex parte libros Eſdræ, & Danielis docet Hieronymus, qui etiã eos apud ſe habuit, & in Latinum, prout modo in noſtra Latina vulgata editione habentur, tranſtulit. Præterea tota Scriptura vetus ex Hebræo, in Chaldæum paraphraſticè conuerſa fuit: & quidem ſicuti poſt multos fuſius oſtendit Lucas Brugenſis, Pentateuchus à R. Aquila Chaldaicè dicitur onckelo, qui vixit paulo poſt Chriſti paſſionem. Prophetæ priores, & poſteriores, videlicet, Ioſue, Iudices, & libri Regum: Item Iſaias, Ieremias, & cęteri Prophetæ, à R. Ionatha, filio Vzielis, qui in veteri Synagoga, ante Chriſtum natum floruit. Pſalmi, Iob, Ruth, Eſter, & Salomonis opera, à Ioſepho cœco. Hiſtorici ab ἀνώνυμο & ipſo antiquo auctore: Probant ex eruditioribus non pauci, hanc tranſlationem ad He-*

Iacob. epiſc. Chriſtopolitan. præfat. in Pſal. & R. Elias præfat. Maſoreth. Hammaſoreth.

Hieron. in prologo Tobiæ, &c.

Brugenſis in tractat. de Chaldaica ſacr. Script. paraphr.

braici textus voces, & obscuriores sententias, difficiliaque loca, tàm Græcæ, quàm Latinæ versionis facilè intelligendas plurimum conferre. Et sanè, vt est antiquissima, multum etiam iuuat *Hebraicum, & Latinum textus*, ne mendosi videantur, cum à Græco dissident. Seruit etiam cum pluribus in locis nostræ editioni, vt eius versio contra aliorum interpretationes stabiliatur. Multa habet loca de Messia clarè exposita ad Hæbræos conuincendos: & tandem ad multa alia prodesse potest, quæ fusius indicatus Brugensis ostendit, multa insuper eiusdem paraphrasis loca declarans, quæ cautum lectorem requirunt.

Syriacè, quæ lingua est quasi proles quædam Hebraicè, & Chaldaicæ, ex Hebræis in Babylonica eorum captiuitate exorta. Nullum veteris testamenti librum à primo auctore conscriptum habemus nisi fortassis librum primum Machabæorum, & Ecclesiasticum: quos tamen Hebraicè tantummodo conscriptos Hieronymus, se vidisse testatur. Porro Euangelium S. Matthæi, & Epist. S. Pauli ad Hebræos, Syriacè primum fuisse conscriptos Cardinalis Bellarminus non improbabile existimat: Et variis rationibus nititur demonstrare Albertus Vvidmestadius Ferdinandi Imperatoris Cancellarius, qui primus in Europa testamentum nouum Syriacum imprimi curauit: & Guido Fabricius, qui etiam illud in Latinum vertit, prout in Regiis Bibliis habetur. Probabiliorem tamen illorum puto sententiam, qui idem Matthæi Euangelium, & Pauli Epistolam ad Hebræos Hebraicè primum conscriptam existimant, vt infra suo loco dicemus.

Hieron. in prolog. Gal. & libri Prouerb.

De ſacræ Scripturæ Græca Verſione Septuaginta Interpretum. Cap. IV.

QVemadmodum Iudices illi Romani, qui de cauſis quibuſdam priuatis iudicabant, centumuiri ſunt appellati, licet terni eſsent ex ſingulis triginta quinque tribubus, quæ Romæ erant numero centum, & quinque: & ſicuti ſeptuaginta duo Chriſti diſcipuli breuitatis cauſa, ſeptuaginta ſunt appellati, ita obtinuit vſus, vt ſeptuaginta duo qui fuerunt interpretes, ſeptuaginta dicerentur. Horum ſacræ Scripturæ tranſlationem ex lingua Hebraica in Græcam Ptolomæo Lagi filio regnante factum fuiſse aſtruunt Ireneus, & Clemens Alexandrinus. Verùm non eo, ſed eius filio regnante factam fuiſse docent Ariſteas, Ioſephus, Philo, Tertullianus, Athanaſius, Epiphanius, Auguſtinus, & cæteri ferè omnes, qui de hac re ſcripſerunt: nam à Ptolomæo Lagi filio primo Rege Ægypti poſt Alexandrum omnes deinceps eius Reges, quouſque Regnum illud morte Cleopatræ Romanis ceſsit, dicti ſunt Ptolomei. Is itaque Lagi filius Ptolomeus cum ampliſſimam, & libris refertiſſimam Bibliothecam, ex toto ferè orbe conquiſitã inſtruxiſset, eique Demetrium Phaleræum inſignem virum, tunc à patria ſua exulem præfeciſset: ab illo audiuit extare apud Iudæos libros multos Hebraicè ſcriptos, qui eorum leges continerent cognitu dignos, & Bibliotheca Regia. Quare eorum ſuccenſus deſiderio, vt illos ex Hebræo in Græcum tranſlatos habere poſset, ſine mora Iudæorum Pontifici ſcripſit, rogauitque, vt hoc ex ſententia

Irenæus lib. 3. cap. 25.
Clem. Alex. lib. 1. ſtromaton.
Ariſtæas in hiſto. de ſeptuag interpret.
Ioſeph. lib. 12 antiq. c. 2. & lib. 2. contra Apionem.
Philo lib. 2. de vita Moyſis.
Tertull. in apol. c. 18.
Athan. in Synopſi.
Epiph. libro de menſuris & ponderib.

ſua negotium confici curaret, annuit Pontifex Eleazarus, quippe qui nouerat, quàm propenſus eſset animus Regis erga Iudæos: & ſicut Philo memorat, ſenos per tribus presbyteros deligens, ſeptuaginta duos interpretes, quos, vt narrant Iuſtinus, Theodorus Antiochenus, inuenit perfectiores ſcripturarum interpretes, & vtriuſque linguæ peritos, optimos, & perfectos viros, principes, doctoreſque Synagogæ, *& præter ſcientiam legis*, ait Hylarius, *per Moyſem quoque ſecretiori doctrina perfectos*, ad Ptolomæum miſit: quos ille maximo cum honore ſuſcepit, *& vt eorum fidem exploraret*, ait Auguſtinus, *ſuggerente diuino numine, vt maioris auctoritatis eorum eſſet interpretatio, & omni ſuſpicione careret, ad inuicem ſunt ſeparati, & ſinguli ſingulis cellulis collocati*, vt ſic ſeorſim diſpoſiti, ſicut dicunt Iuſtinus, Cyrillus, Clemens Alexandrinus, & alij quamplurimi ex antiquioribus Eccleſiæ Patribus, ſacros libros ex Hebræo in Græcum verterent. Etlicet huius ſeparationis non meminerint Ioſephus, & Ariſtæas, ne fortaſſis aliquid detrahere videretur libris Hebraicis. Vnde Hieronymus: *Neſcio*, inquit, *qui primus auctor ſeptuaginta Cellulas Alexandriæ mendacio ſuo extruxerit, cũ Ariſtæas eiuſdem Ptolomæi ὑποθεσιογράφος, & multo poſt tempore Ioſephus nihil tale retulerint, ſed in vna baſilica congregatos contuliſſe ſcribant, non prophetaſſe*: Tamen cum tanti Patres, qui etiam Ariſtæam ſine dubio nouerant, hanc cellularum hiſtoriam vt veram referant, haud ego cum Hieronymo illam reijciendam cenſeo, qui quid ſentiant alij. *Traditur enim*, (ait Auguſtinus) *tam mirabilem tamque ſtupendum planeque diuinum in eorum verbis fuiſſe*

Aug. lib. 8. de Ciu. Dei cap. 42.
Philo, vbi ſupra.
Iuſtin. orat. paranetica ad gentes.
Theod. Antioch. in c. 1. Hilarius in Pſalm. 2.
Auguſt. vbi ſupr. li. 18. cap. 42.
Iuſtinus in orat. exhortatoria ad gentes.
Cirill. Catechеſ. 4.
Clem. Alex. li. 1. ſtromat.
Hier. lib. 2. cont. Ruffinum, & præfat. in pentateucon.
Auguſt. vbi ſupra.

ſtupendum planeque diuinum in eorum verbis fuiſſe conſenſum, vt in nullo verbo, quod idem ſignificare, & tantumdem valeret, vel in verborum ordine alter ab altero diſcreparet: ſed tamquam ſi vnus eſſet interpres, ita, quod omnes interpretati ſunt, vnum erat.

Patres citati in locis indicatis in margine, & Theod. præfat. in pſal. Iuſtinianus nouell. 146.

hæc ille. quoniam reuera Spiritus erat vnus in omnib. id quod præter patres indicatos, aſtruũt etiam Theodoretus, & Iuſtinianus. Et licet aliter ſentire videatur Hieronymus lib. 2. contra Ruffinum, & præfat. in Πεντατεῦχον: tamen præfatione in lib. Δαλειτ. ſcribit eos Spiritu ſancto plenos, quæ vera fuerunt, tranſtuliſſe. Quod vero Septuaginta Interpretes, omnes veteris Teſtamenti libros, & non pentateuchum tantummodo, vt etiam innuere videtur Hieronymus, ſint interpretati, omnes indicati patres confirmant, & fusè probant Leo de Caſtro, & noſter Cardinalis Baronius: & ex eo liquet, quod Apoſtoli, & Euangeliſtæ ferè ſemper prophetarum teſtimonia, iuxta eorundem tranſlationem citant. Neque probabile videtur ptolemæum numeroſæ Bibliothecæ inſtruendę, & conquirendorum vndique librorum adeo ſtudioſum, præter pentateuchum, reliquorum Iudæorum libros repudiaſſe. Quod & ipſe Hieronymus alibi ſentire videtur.

Hieron. in c. 2. Michææ. Leo de Caſtro in diſp. de tranſlat. ſacræ Scripturæ ca. 15. & 16. Baron. to. 2. anno Chriſti 231. Hieronym. in locis infra indicatis.

Tanti hæc Septuaginta miraculoſa interpretatio apud omnes eſt habita, vt & ipſi Iudęi vniuerſi, adeo illam probarint, vt in Synagogis ſuis legendam ſuſceperint, & dederint aliquando Iuſtiniano Imperatori libellum ſupplicem, quo contendebant eam, ſicut antea factum fuerat, in ſynagogis ſuis legi debere. Apoſtoli eam citarunt, & Eccleſię legendam tradiderunt.

Vnde,

Vnde, & merito quamdiu ſyncera permanſit, communis habita eſt in Eccleſia. Verum quia multæ in eam iectæ fuerant corruptelæ, negligentia, vel malitia, aut etiam ignorantia aliquorum, primum ab Origene, deinde à Luciano martyre, poſtea ab Heſychio, quarto demum à Hieronymo à mendis expurgata fuit: ex quo factum eſt, vt toto Orbe diuerſa fieret, & dum alij eam, quam correxerat Origenes, alij quam Lucianus, alij vero quam Heſychius, approbarent, non leues conflarentur in Eccleſia contentiones, & ad Hebraicam veritatem, vel etiam ad alias à prophanis editas tranſlationes conſulendas fidelibus daretur occaſio. Vnde S. Hieronymus his, aliisque rationibus permotus, ſacras Scripturas ex Hebræo in Latinum conuertit, quamuis S. Auguſtinus diſ- S. Auguſt. ſuaderet, alijque obijcerent, quod odio Septua- epiſt. 8. ginta Interpretum id faceret. Quare rationem inſtituti ſui reddere coactus. *Ego ne*, inquit, *contra Septuaginta Interpretes, qui ante plurimos annos illos diligentiſſimè emendatos linguæ meæ ſtudioſis dedi, quos quotidie in conuentu fratrum ediſſero, quorum Pſalmos iugi meditatione decanto, adeo ne ſtultus ſim, vt quod puer didiſci, id ſenex obliuiſci velim?* Et alibi: *ſi*, inquit, *pura eſſet editio Septuaginta Interpretum, qualis ab illis in lucem edita fuit, ſuperfluè me rogares, vt Hebraica volumina tibi in linguam Latinam tranſferrem.* Hieronym. apolog. 1. contra Ruffinum. Idem præfatione lib Paralip. ad Cromatium.

Cæterum Græcam hanc Septuaginta Interpretum verſionem emendari nouiſſimè curarunt Gregorius XIII. & Sixtus V. Quod quanta ſit præſtitum diligentia, præfatio ad eam

tam Græcam, quam Latinam non obſcurè indicat. Qui autem ad eam legendã accedunt, ſeptem libros locutionum ſacræ Scripturæ ab Auguſtino editos legere omnino debent, Sixtus V. eam inſuper approbauit, docuitque ea potiſſimum ad Latinæ Vulgatæ, & Sanctorum patrum intelligentiam vtendum eſſe. Vetuit etiam ne quis in poſterum de illa auderet quicquam vel addendo, vel demendo immutare. Et hæc dicta ſufficiant de Græca Septuaginta Interpretum editione.

De *ſacræ Scripturæ reliquis Græcis interpretationib.* Cap. V.

POſt Græcam Septuaginta interpretationem, ſecunda eſt Aquilæ Pontici, quam aggreſſum fuiſſe ante Chriſti tempora, ſecundum aliquorum ſententiam, docet Hieronymus: ſed verius annis 430. & menſibus quatuor, poſt interpretationem Septuaginta, ſub Hadriano Imperatore, qui lepra laborauit, Chriſtianiſmo iam à ſe relicto, ex eo, quia ab Apoſtolis, & diſcipulis Domini, à ſtudiis Mathematicis, & Aſtrologicis, quibus nimium erat deditus, abduceretur, vt Epiphanius docet, qui & illum eo etiã animo ad Iudaiſmum tranſiſſe dicit, vt Septuaginta interpretationem oppugnaret, & vaticinia de Chriſto, quoad poſſet, ſubuerteret. Quare eum idem Epiphanius Iudaizantem hæreticum vocat. Ex duabus autem eius interpretationibus poſteriorem fuiſſe fideliorem docet Hieronymus.

Hieron. in Iſai. cap. 8.

Epiph. lib. de menſ. & ponderib.

Tertia Græca ex Hebræo interpretatio fuit Theodotionis, quam numerant Epiphanius, Athanasius, & Augustinus post interpretationem Symmachi, de qua infra, cum tamen Seueri temporibus ille suam promulgauerit, iste vero circa annum Domini 148. qui fuit primus Commodi: quod ex eo factum puto, quod ordinem, quē in Hexaplis suis Origenes habuit, sunt secuti. Tatiani auditorem illū fuisse, eiusque dogmatum sectatorē tradunt: moxque se Marcionitis adiunxisse, neque tamen apud eos diu potuisse consistere, sed tandem ad Iudæos trāsisse, & Proselytum factum subijsse prouinciam transferēdi ex Hebræo in Græcum sacra volumina Eusebius Ebionem illum appellat, Hieronymus illum inter hæreticos Iudaizātes numerat, docetque eum multa Saluatoris mysteria, subdola interpretatione cælasse.

Hieron. in Zachar. & & 4. de quæst. Hebraic.
Epiph. vbi supra.
Athan. in Synopsi.
Aug. de Ciuit. Dei lib. 18. cap. 43.
Euseb. lib. 5. hist. cap. 8.
Hieron. præfat. in Iob. & Apolog. aduers. Rufinum.

Quarta Græca interpretatio fuit Symmachi, qui illā edidit nouā temporib. Seueri Imperatoris, circa annum Christi 200. quam duplicem fuisse testatur Hieron. in qua, vt idem docet, non verbum ex verbo reddidit: sed sententias ex sententiis, & sensum ex sensu. Fuit, teste Epiphanio gentre Samaritanus, & cum nullum à sua gente sibi deferri honorem conspiceret honoris cupidus, ad Iudæos desciuit, factusque est proselytus, ac circumcisus secunda circuncisione, nam quo pacto rursum circuncidebantur, qui à Iudæis ad Samaritas profugiebant: ita qui à Samaritis ad Iudæos. Quomodo autem à circuncisione præputiati fierent, & secundo circuncciderentur, scribit

Hieron. in ca. 22. Ierem. Epipha. vbi supra.

Epipha. vbi ſupra. idem Epiphanius. Verum Hieronymus eum ex Chriſtiano factum fuiſſe Ebionitam ſcribit, & Nicephorus eum fuiſſe ſectæ Ebionitarum aſſerit.

Hieron. præf. in Eſdrã, & lob. Niceph. hiſtor. Eccleſ. Quinta Græca interpretatio, vt Epiphanius ſcribit, ſine vllo auctoris nomine reperta eſt in quibuſdam dolijs apud vrbem Iericho, anno ſeptimo Antonij Caracallæ, qui Seuero patri in Imperium ſucceſſerat.

Sexta eodem prorſus modo ſine auctoris nomine, & doliis incluſa reperta eſt apud Nicepolim imperante Alexandro Mammeæ filio.

Euſeb. lib. 6. hiſt. cap. 13. Ex quibus omnibus ſex interpretationibus, vt fuſius narrat Euſebius, Origenes Hexapla ſua compoſuit, qui varias has verſiones ita in vnum librum collegit, vt altera per alteram explicaretur, &, ſi prima illa Septuaginta Interpretum corrumperetur, ex aliis emendari poſſet. Sic primas quatuor interpretationes totidem columnis in ſingulis libri paginis diſtinguens, Tetapla ſua confecit; deinde quintam & ſextam addendo Hexapla, in quibus primis duabus paginæ locis duos Hebraicos textus appoſuit tertio loco interpretationem Aquilæ, quarto Symmachi, quinto Septuaginta, ſexto Theodotionis, ſeptimo quintam incerti. Septuaginta interpretationem etiam emendauit multis ex Theodotione admixtis quibus ſignum radiantis ſtellæ appoſuit: & hæc emendatio, teſte Hieronymo, ferè ab omnibus fuit deinde recepta.

Hieronym. præf. lib. 16. in Iſaiam. Sanctus etiam Lucianus Anthiochenæ Ec-

cleſiæ Epiſcopus, non Nicomedienſis, vt vult Trithemius, ſecutus Honorium in catalogo, qui Maximo in Oriente tyrannidem exercente Martyr occubuit, ſepultusque Helenopoli Bithyniæ fuit circa annum Domini 311. ſub Pontificatu Euſebij Papæ, ſacros libros cum non tantum adulterari, ſed etiam à Gentibus prauè detorqueri vidiſſet, Chriſtiano animo rem (qui doctiſſimus eſſet) aggreſſus, omnes iterum ex lingua Hebraica, quam egregiè callebat, corrigens; atque renouans, plurimum in hoc laboris contulit. Cuius meminit Hieronymus, ſub nomine octauæ editionis, & Athanaſius eam ſub Conſtantino Nicomedię ipſius Luciani manu deſcriptam, inuentam fuiſſe narrat.

Trithemius de viris Illuſtribus.

De ſacræ Scripturæ Latinis editionibus, & primò de Vulgata, & eius auctoritate.

Cap. VI.

PRope innumerabiles olim fuiſſe ſacræ Scripturæ Latinæ editiones, teſtis eſt Auguſtinus, dum ait: *Quiex Hebræa lingua Latinas ſcripturas in Græcam verterunt linguam numerari poſſunt: Latini autem nullo modo. Vt enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex Græcus, & aliquantulum facultatis ſibimet vtriuſque linguæ habere videbatur, auſus eſt interpretari.* Idem tamen docet, vt etiam Hieronymus, & Gregorius, Vulgatam (quam Italam vocant) magis communem fuiſſe, & cæteris præferendam, vtpote quæ verborum tenacior ſit cum perſpicuitate ſententiæ. Quia tamen tanſcri-

Aug. lib. 2. de doctrina Chriſt. c. 11.

Auguſt. vbi ſup. cap. 15. Hieron. in cap. 14. & 19. Iſaiæ. Greg. præf. in lib. Mor. c. 5.

ptorum errore, temeritateque multa in eam irrepserant, quæ correctione indigebant, non contentus Hieronymus sua, ex Græco quam fecerat, interpretatione, rursum sacras Scripturas Latinè vertit. Nouum testamentum Græcæ fidei reddens, vetus iuxta Hebraicam transferens, vt ipsemet testatum reliquit, dicens: *Nouum Testamentum Græcæ fidei reddidi, vetus iuxta Hebraicam transtuli.* De qua translatione hæc Isidorus: *Presbyter Hieronymus trium linguarum peritissimus, ex Hebræo in Latinum eloquium diuinas scripturas conuertit, eloquenterque transfudit, cuius interpretatio merito cæteris anteponitur. Nam est & verborum tenacior, & perspicuitate sententiæ clarior.* Et alibi: *De Hebræo in Latinum*, inquit, *eloquium tantummodo Hieronymus presbyter sacras Scripturas conuertit, cuius editione generaliter omnes Ecclesiæ vsque quaque vtuntur, pro eo quod veracior sit in sententiis, & clarior in verbis.* Iam vero Vulgatam sacræ Scripturæ editionem, quam nunc habemus à sancta Ecclesia approbatam ex ipsius Hieronymi interpretatione esse, doctissimorum est virorum sententia. Licet Psalterium non illud sit, quod ille ex Hebræo vertit, sed illud, quod ex editione Græca S. Luciani martyris emendauit, eiusdem Hieronymi consilio sacris Bibliis non appositum, eo quod (sicut ipsemet testatur) iam communissimum illud Luciani esset, & personis Ecclesiasticis valde imbibitum.

Hieron. lib. de viris illustrib. in fine. Isidor. Hisp. lib 6. ethymolog. c. 3.

Idem lib. 1. de offic. Eccl. s. cap. 12.

De libro vero Ecclesiastici & duorum Machabæorum dubitant viri doctissimi, an hi,

quos Latinos habemus, ſint ex verſione Hieronymi, ſiquidem ipſe (vt ex prologo Galeato, & ex præfatione libri Prouerb. liquet) eos inter apocryphos ab Hebræis recenſeri, & extra Canonem ſacrarum Scripturarum recipi memorat, nec illis præfatiũculas adiecit, quas ſingulis libris quos interpretatus fuerat, ſe apposuiſſe, ipſemet in epiſt. ad Auguſt. ſcribit. Tamẽ quia (vt ex eodẽ prologo apparet) cæteros ab Hebræis etiam reiectos libros, vt ſunt lib. Tobiæ, Eſther, Iudith, Cãticum trium puerorum, Hiſtoria Suſannæ, Belis, & Draconis ipſe tranſtulit, & præfatiunculas illis tantummodo apposuit, quos ex Hebræo & Chaldæo vertit, vel quos fuerat interpretatus quando ad Auguſtinum ſcripſit: hinc eſt probabilem adhuc Lyrani, Cartuſiani, Ximenij, & Montani remanere ſententiã, qui & hos libros, quos in Vulgatis habemus, Hieronymum interpretatum eſſe docent. Quod propter ſtyli ſimilitudinem etiam dicetem de libris Baruch, & epiſtola Ieremiæ. Huius Vulgatæ editionis quanta ſit in Eccleſia auctoritas, docet Io. Driedo, Franciſcus Titelmanus, Andreas Vega, Iodocus Toletanus, Lindanus, Canus, Senenſis, Card. Bellarminus, & alij, qui ſatis dilucide oſtendunt illa vtendum in Fidei, morũque diſputatione, nec neceſſariũ eſſe ad Hebræos, vel hæreticos codices confugere. Quod etiam ſancta Tridentina Synodus decreuit, vbi de ſacris Scripturis diſputans, ait: *Sacra Synodus conſiderans non parum vtilitatis accedere poſſe Eccleſiæ Dei, ſi ex multis Latinis editionibus quæ circumferuntur ſacrorum*

Hiero. epiſt. ad Sunniã, & Fretellam.

Hierony. in epiſt. ad Auguſtinum.

Lyranus. Cartuſian. Ximenius in Bibl. Complut. Montan. in Bibliis Regiis.

Io. Driedo de Eccleſiaſtic Dogm. lib. 2. cap. 1. Franc Titelm. in Prolog. apolog. prom. lg. edit. nouiſtam.

Aud. Veg. in Conc Trid. cap. 9 Iodo. Tolet. in 1. parte Apolog. pro Conc. Trid. Lindan. lib 1. de optimo genere interpretandi S. Scripturã. Canus lib 2. de locis Theolog. c. 15. Sixt. Senen. lib. 8. Bibliothe. in secunda refutat. vltimæ hæres. Bellarmin. lib. 2. de verbo Dei cap 12. &c. Conc. trid. sess. 4. supra cap. 2. August. de doctr. Christiana ca. 11.

Bibliorum, quænam pro authentica habenda sit, innoteſcat, ſtatuit, & decreuit, vt hæc ipſa vetus, & Vulgata editio, quæ longo tot ſæculorum vſu in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, aut expoſitionibus, pro authentica habeatur: & vt eam nemo reijcere quouis prætextu audeat, vel præſumat. Ex quibus illud certum eſſe colligitur, Vulgatam nihil omnino contra Fidem, aut mores continere: & in ea neceſſaria omnia abundè tradi, & optimum cõtineri ſenſum: neque vllo modo concedendum in rebus minoris momenti aliquos in eam irrepſiſſe errores ex ipſius interpretis ignorantia, vel negligentia, cum (ſicut ſupra vidimus) idem decernat Concilium eam integrè cum omnibus ſuis partibus à fidelibus recipi debere. Non tamen ob id cæteras interpretationes ſunt contemnendæ, cum (ſicuti Auguſtinus ait) diuerſitas interpretationum non parum adiuuet ſacrarum Scripturarum intelligentiam, dummodo qui legunt non ſint negligentes, & nonnullas obſcuriores ſententias plurium codicum ſæpe manifeſtarit inſpectio, ad quod probandum multa affert exempla, inter quæ illud præcipuum ex Iſaiæ cap. 58. vbi quod vnus interpres legit, *Et carnem tuam ne deſpexeris*, alius legit, *& domeſticos ſeminis tui. Vbi*, inquit, *cum alter ex altero exponatur, vterque ſibimet inuicem atteſtantur, quia & caro poſſet accipi propriè, vbi corpus ſuum quiſque ne deſpiceret.*

Patet etiam ex dictis, cum Hebræi & Græci codices eam non habeant approbationem

Eccleſiæ, quam habent Latini Vulgatæ, editionis, quotieſcumque ab his diſcordant, ita vt in concordiam redigi non poſſint, quod non ſemel accidere, vel mediocriter in eis verſatis eſt manifeſtum, dummodo Latinæ Vulgatę locum tranſcribentium, vel typographorum vitio non conſtet eſſe corruptum, huic ſemper ita hęrendum eſſe, vt Hebręi & Græci ex hac potius ſint corrigendi, quàm è contra: iudicandumque ſit mendum potius in illos irrepſiſſe, quàm in codices Vulgatæ Latinę editionis. Vide Bellarminum lib. 2. de verbo Dei, cap. 11. *Bellarm. lib. 2. de verbo Dei cap. 11.*

De ſacræ Scripturæ reliquis Latinis Catholicorum interpretationibus.

Cap. VII.

INter multas Catholicorum interpretationes Latinas ex Hebræo, quę circumferuntur, hæ præcipuè habẽtur. Interpretatio Xantis, ſeu Sanctis Pagnini Lucenſis ex Ordine Prędicatorum, viri trium linguarum Hebraicæ, Gręcæ, & Latinæ ſatis periti, & Theologiæ Scholaſticæ non ignari, qui de verbo ad verbum fideliter traduxit vetus Teſtamentum ex Hebræo, & nouum ex Græco, & opus Clemẽti VII. Pont. Maximo dicauit: ſunt tamen doctiſſimorum virorum ſententia, multa in ea perperam tranſlata, vel ſaltem, quæ melius transferri potuiſſent. Ex quo factum eſt, vt Benedictus Arias Montanus Hiſpalenſis in lingua Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Græca, & Latina non mediocriter verſatus, illuſtrium

virorum hortatu eam emendendam ſuſceperit, quod ita fecit, vt adhibitis ipſis Pagnini exemplaribus diuerſis temporibus in lucem editis, tum ex ipſius Pagnini interpretatione, tum ex diligenti Hebraicæ locutionis, & proprietatis obſeruatione, nouam quodammodo interpretationem effecerit, dum in ea omnes dictiones, quoad fieri potuit, de verbo ad verbum exprimens, ſingulis Hebraicis vocibus Latinas interlineares appoſuit, ſuamque interpretationem ab illa, quæ eſt Pagnini, diuerſo expreſſit charactere. vt vtriuſque differentiam, vnuſquiſque facile noſcat. Alterã etiam edidit Frãciſcus Vatablus ex Hebræo, & græco interpretationem, quam etiam Scholiis locupletauit, quæ cum a Roberto Stephano Typographo damnato, variis vndique erroribus eſſet conſperſa, in Hiſpaniis Catholicorum Theologorum pietate eſt expurgata, & edita Salmanticæ apud Gaſparem de Portonariis anno 1584. Cuius interpretationis hæc eorundem fuit Theologorum cenſura. *Conſtituta eſt generalis cenſura editionẽ nouã non eſſe iuxta literam Hebræam: ſed potius Paraphraſticam, cum quadam ornationis & Latini ſermonis puritate, neque eam, neque ſcholia, ſeu adnotationes in margine, maiorem habere auctoritatem in iis, quæ ſunt propria, quàm opinionem cuiuſdam Doctoris in controuerſiis. Inſuper vbi diuerſa eſt verſio noua, & Vulgatæ non contraria, neque etiam Fidei Catholicæ, & Eccleſiæ traditioni repugnans, admitti quidem poteſt, ſuo tamen ſeruato honore, & dignitate Vulgatæ editionis, iuxta Sacri Concilij Tridentini decretum: ita vt*

Theologi Hiſp. ante verſionem Vatabli in editione Salamantica 1584.

Vulgata editio habenda ſit, & certa præ aliis omnibus, & magis iuxta Hebræam veritatem, reliquiſq; ſit præferenda editionibus, neque exiſtimandum, nec permittendum nouam editionem, aut ſcholiorum eius expoſitionem vulgatæ quicquam detrahere, aut eiuſdem minuere auctoritatem, neque etiam Sanctis, neque communibus eorum expoſitionibus. Verum ſcholia eiuſdem, quæ fere ex Iudæorum commentariis deſumpta ſunt, in iis, in quibus non peruertunt ſenſa ſacra, neque Eccleſiæ doctrinæ, vel communibus Sanctorum Patrum ſenſibus contraria ſunt, recipienda, vt probabilia, & vt collata cum Sanctorum expoſitionibus, conſtet Eccleſiæ, & ſanctorum ſenſuum altitudo, & Spiritus in eis viuificans, & pariter Iudæorum humilitas mortuæ literæ adhærentium, neque quicquam ſublimius cogitantium, & quandoque praua interpretatione, & expoſitione de Chriſto vaticinia ſubuertentium. Deinde vt variæ apud Hebræos vocum ſignificationes, phraſes, atque Hebraiſmi, maximè à non verſatis in Hebræa lingua, vtcunque percipiantur. Hæc cenſores Hiſpani. Quæ quidem cenſura cæteris omnibus congruere poteſt Latinis interpretationibus, vtpote quæ tertiæ regulæ Indicis librorum prohibitorum Clementis VIII. auctoritate editi innitatur, quæ ſic ſe habet. *Librorum veteris Teſtamenti verſiones viris tantum doctis, & piis, iudicio Epiſcopi concedi poterunt, modo huiuſmodi verſionibus tanquam elucidationibus vulgatæ editionis ad intelligendam ſacram Scripturam, non autem tanquam ſacro textu nitantur.* Eſt & alia ſacræ Scripturæ verſio, non infrequenter à Catholicis indicata, quæ,

Index lib. prohib. reg. 3.

quoniam Clero Tigurino fuit dicata, Tigurina dicitur. Illam in veteri Teſtamento, ex Hebraico exemplari trãsferre cæpit Leo Iudæ damnatæ memoriæ ſcriptor, & deinde poſt ipſius mortem Theodorus Bibliãder, & Conradus Pellicanus, damnatæ item memorię auctores, perfecerunt, ſuisque ſinguli interpretationibus ſuas notationes addiderunt, rationem inſuper interpretationis, & diuerſitatum lectionis. Teſtamentum verò nouum Eraſmus Roterodamus in Latinum vertit, illudque Petrus Cholinus, & Rodulphus Gualterius, damnati Auctores, ſecundis curis cum Græco contulerunt; vt conſtat ex præfatione huius verſionis.

Quia tamen perperam multa in ea ſunt Latinitate donata, eius lectio omnino interdicitur, nec in Hiſpaniis (Ferdinando de Eſcal. teſte) copia eius conceditur, niſi primæ ſit editionis, & ſeruata forma, ordine, & cenſura Ferdinandi Valeſij Archiepiſcopi Hiſpalenſis, & ibidem generalis Inquiſitoris.

Ferdin. de Eſcalant. in Clyp. Conc. lib. 6. c. vlt.

Eſt denique & alia Latina interpretatio Iſidori Clari Brixienſis Caſſinenſis primùm Monachi, deinde Epiſcopi Fulginenſis, quæ cum eiuſdem annotationibus Venetiis apud Iuntas prodijt, quam viri doctiſſimi magni faciunt, ex ea tamen iuxta tertiam Regulam Indicis librorum prohibitorum Prologus, & Prologomena ſunt præcidenda.

De Bibliis Auguſtini Iuſtiniani Epiſcopi Nebienſis, Complutenſibus, Regiis, & Latinis, ex Græcis Septuaginta Interpretum.

Cap. VIII.

NOuo, & ingenti auſu Auguſtinus Iuſtinianus Genuenſis Ordinis Prædicatorum, Vetus, & Nouum Teſtamentum primus omnium in vnum corpus redigere conatus eſt, quod Biblia octupla inſcripſit, & quidem Origenem imitatus, in ſingulis paginis octo columnas diſpoſuit, in quarum prima Hebraicum textum poſuit, in ſecunda Latinam eiuſdem interpretationem de verbo ad verbum, in tertia Latinam communem & vulgatam editionem, in quarta poſuit Græcam, in quinta Arabicam, in ſexta Targum, ſiue Chaldaicam, in ſeptima Latinam eiuſdem interpretationem, in octaua Scholia, & annotatiuncu-las. Pſalterium tantum edidit Genuæ 1516. Leonique X. Pontifici dicauit. De eo plura Sixtus Senenſis. Poſtea, ſed melioribus auſpiciis, Originem eſt imitatus Franciſcus Ximenius, è Ciſneros Hiſpanus Ordinis Minorum, Cardinalis, & Archiepiſcopus Toletanus, inſigni ſua editione Bibliorum, quæ Complutenſia vocant, immenſis profectò ſumptibus, laboribus, atque vigiliis: nam accitis vndequaque, non ſolum in peritia linguarum doctiſſimis viris: ſed caſtigatiſſimis etiam, & vetuſtiſſimis exemplaribus, ex Vaticana, & Medicæa Bibliotheca deſumptis, vel à Senatu Veneto vltrò tranſmiſſis ſua in Complutenſi Acade-

Sixtus Senenſis in ſua Biblioth.

mia, ex qua nomen ſumpſerunt, in lucem volumina edidit; Quorum Pentateuchi eſt triplex editio, Hebraica, Chaldaica, & Græca Septuaginta Interpretum, cum Latinis interpretationibus: Agiographorum verò, & Propheticorum duplex, Hebraica, & Græca Septuaginta, quibus etiam intextæ ſunt Latinæ interpretationes eis reſpondentes, præter Chaldaicam, quam cum multa perperam in ea dici cognoſceret, omiſit; Libros vero, quos extra canonem Hebræorum, canonicos non habemus, græcè tantum poſuit, cum Latina interpretatione, & vulgata Hieronymi, quam tamen ſolam in noui Teſtamenti ordine collocauit. In fine operis copioſiſſimum inſuper appoſuit dictionum Hebraicarum, Chaldaicarum & Græcarum dictionarium, cum locis noui Teſtamenti, in quibus vnaquæque Hebraica dictio propter illius linguę fœcunditatem ſenſus multiplicat, adiecitque cõcordantias quamplurimas. Quia tamen horum Bibliorum exemplaria iam defecerant, mandato Philippi II Regis Hiſpaniarum, eiuſque ſumptibus iterum à doctiſſimis viris recognita, quàm emendatiſſimè ſunt recuſa, addita in omnibus libris, qui in Canone Hebræorum habentur, Chaldaica Paraphraſi, iam olim ab indicato Ximenio expurgata. Et ſanè in ea edenda ſuper omnes, qui illam ſuſceperant prouinciam, laborauit Benedictus Arias Mõtanus, qui etiam illa non ſolum ſuo doctiſſimo auxit apparatu, ſed inſuper aliis etiã ornauit dictionariis. Recuſa ſunt Antuerpiæ apud

Chryſtophorũ Plantinũ ex officina Regia 1573.

Verùm quamuis indicatus Cardinalis Ximenius, & Philippus II. Hiſpaniarum Rex valdè curarint, vt exẽplaria, prẽcipuè Septuaginta Interpretum, quàm correctiſſima conſulerentur, vt ſua Biblia emendatiſſimè cuderent, tamen qui opus curarunt, Hebraico textui plus quam par erat adhærentes, dum hanc illi accommodare voluerunt, non modo initia capitũ, & alia multa à ſua ſede ſuſtulerunt, vt eo transferrent, vbi Hebraico textui connecterentur, ſed etiam quę apud Septuaginta deſiderari cognoſcebant, ex Hebræo, vel alia tranſlatione ſupplenda iudicarunt, & quę in Hebręo non erant, non cum Origene obelo indicanda, ſed omnino delenda, nec purum, & ſincerum ipſorum Septuaginta textum retinuerunt: ſed nũc Theodotionẽ, nũc Aquilam, nunc alterum aliquem ſecuti nouam quãdam interpretationem ex multis permixtam, ſub nomine Septuaginta ediderunt. Quod Sixtus quintus adhuc Cardinalis cum animaduertiſſet, Gregorio XIII. Pont. Max. ſuaſit, vt tranſlationem Septuaginta Interpretum ſynceram, & incorruptam Eccleſię dari (quoad fieri poſſet) curaret. Quam prouinciam cum Sanctiſſimus Pontifex Illuſtriſſimo Cardinali Caraffæ peritia linguarum ornatiſſimo curandam commiſiſſet, ipſe Sixtus quintus deinde creatus Pontifex, eiuſdem Cardinalis, & Flaminij Nobilij aliorumque doctiſſimorum virorum opera, quam diligentiſſimè curauit, & Grẽcam Septuaginta cum Latina Interpretatione, in Vaticano edidit, anno ſalutis 1588.

De Vulgaribus ſacræ Scripturæ interpretationibus. Cap. IX.

MVltæ etiam circumferuntur vulgares ſacræ Scripturæ Interpretationes, quarum tamen, (cum eis vulgares homines variè abuterentur,) Eccleſiæ Sanctiſſimo præcepto eſt lectio interdicta. Quare inter librorum Prohibitorum Regulas à Clemente Octauo Summo Pontifice comprobatas, hæc quarta habetur. *Cum experimento manifeſtum ſit, ſi Sacra Biblia vulgari lingua paſſim ſine diſcrimine permittantur, plus, inde, ob hominum temeritatem, detrimenti, quàm vtilitatis oriri, hac in parte iudicio Epiſcopi, aut Inquiſitoris ſtetur, vt cum conſilio Parochi, vel Confeſſori, Bibliorum à Catholicis auctoribus verſorum lectionem in vulgari lingua eis concedere poſſint, quos intellexerint ex huiuſmodi lectione non damnum, ſed fidei, atque pietatis argumentum capere poſſe, quam facultatem in ſcriptis habeant. Qui autem, abſque tali facultate, ea legere, ſeu habere præſumpſerint, niſi prius Bibliis ordinario redditis, peccatorum abſolutionem percipere non poſſint. Bibliopolæ verò, qui prædictam facultatem non habenti, Biblia idiomate vulgari conſcripta vendiderint, vel alio quouis modo conceſſerint, librorum pretium in vſus pios ab Epiſcopo conuertendum, amittant: aliiſque pœnis pro delicti qualitate eiuſdem Epiſcopi arbitrio ſubiaceant. Regulares verò, non niſi facultate à Prælatis ſuis habita, ea legere, aut emere poſſint.* Hucuſque Indicis quarta Regula: circa quam in eodem Indice hæc eſt obſeruatio.

Index libr. prohib. Regul. 4.

Obſeruatio circa 4. Regulam Indicis li. prohib.

Animaduer-

Animaduertendum tamen eſt circa ſupraſcriptam quartam Regulam Indicis ſel. rec. Py Papæ IV. nullam per hanc impreſſionem, & editionem de nouo tribui facultatem Epiſcopis, vel Inquiſitoribus, aut Regularium ſuperioribus concedendi licentiam emendi, legendi aut retinendi Biblia vulgari lingua edita, cum hactenus mandato, vſu Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis ſublata eis fuerit facultas concedendi huiuſmodi licentias, legendi, vel retinendi Biblia vulgaria, aut alias ſacræ Scripturæ, tàm noui, quàm veteris teſtamenti partes quauis vulgari lingua editas, ac inſuper ſummaria, & compendia etiam hiſtorica eorundem Bibliorum, ſeu librorum ſacræ Scripturæ, quocumque vulgari idiomate conſcripta: quod quidem inuiolatè ſeruandum eſt. Hucuſque obſeruatio, quam tamen vſus ita explicuit, vt de illis tantum libris, vel partibus ſacræ Scripturę intelligatur, quæ ſinè doctorum virorum explicationibus, vel meditationibus circumferuntur, & verè ſicut benè Chryſoſtomus innuit: Quemadmodum medicamenta curatiuam habentia virtutem, propter vtentium imperitiam corrumpunt frequenter, & perdunt: & ſi quis arma defenſiua tractare neſciat, ab his etiam perditur: ſic qui ſacris Scripturis vti neſciunt vulgares homines, neceſſe eſt, vt ipſiſmet quantumuis ſalutaribus, & vtilibus ſtudiis lædantur. Hinc & Hieronymum legimus valdè moleſtè tuliſſe, valdèque impudens, & abſurdum iudicaſſe, quod ſacræ Scripturæ artem omnes vulgares homines paſſim ſibi vendicarent, vnde ad Marcellam ſcribens, cuius in ſacris li-

Io. Chryſ. homil. quomodo animæ oporteat circa habere

Hieron. in epiſtol. ad Paulinum.

teris ſtudium probauerat, laudat eam, quod adeo verecundè, & modeſtè de ſacris Scripturis diſſereret τὸ πρέπον ideſt decens, & decorum ſeruaret. Et certè vulgaribus fidelibus ſufficit doctrinam ſcire Catholicam, & explanationes audire Euangeliorum, aliarumque ſententiarum Scripturæ ſacræ à ſuis Parochis, & aliis Concionatoribus. Accedit quod in Scriptura ſacra, vt infra oſtendemus, plurima ſunt difficilia intellectu, quæ vulgares etiam in lingua ſua vulgari, legentes intelligere nequeunt. Vnde verum ſenſum percipere non valentes in aliquem poſſent errorem incidere: quod multis priſcis, & recentibus hæreticis accidiſſe non eſt qui neſciat, qui abſurdiſſimas quaſque hæreſes ex Scriptura ſacra malè intellecta confinxerunt, ſed de his fusè Cardinalis Bellarminus.

inf. c. 11.

Bellarm. to. 1. Contr. gen. 1. lib. 2. c. 15.

De ſacræ Scripturæ neceſſitate, & vtilitate.

Cap. X.

LIcet ſacra Scriptura (vt in Bibliis habetur) ad hominum ſalutem haud ſit abſolutè neceſſaria, cum ſatis liqueat multos, ſicut ante legem ſcriptam, ita ante Euangelium ſine ea fuiſſe ſaluatos: prouidit tamen Deus, vt præcipua legis, & Euangelij doctrinæ capita in ea ponerentur, partim ad iuuãdam hominum fidelium imbecillem memoriam, partim, vt qui inepti, indignique eſſent erudiri à Deo per internam inſpirationem, doceri ab aliis poſ-

ſent: partim denique, vt præcauerentur doli, & inſidiæ falſorum prophetarum, qui fingunt ſe à Deo veram doctrinam per inſpirationem accepiſſe. Quare Paulus: *Omnis*, inquit, *Scriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt, ad docendum, ad arguendum, ad corriptendum, ad eruditiendum in iuſtitia. Vtilis eſt*, legit Ambroſius, *ad doctrinam, ad correptionem, ad reintegrationem, ad redargutionem, ad eruditionem, quæ eſt in ipſa iuſtitia, &c.* Et quidem: *Vtilis eſt ad docendum*: nam, vt ait S. Ioan. Chryſoſt. *In Scripturis ignorans, inuenit quid diſcat, contumax quid timeat, &c.* adeoque ſalutiferas profert doctrinas, vt idem illam comparet pratis omne florum, atque herbarum ſalutarium genus producentibus, ac proinde ad eorum amænitatem viatorem inuitantibus. In illa enim quaſi amæno in viridario flores legere licet, qui nunquam palleſcant, herbiſque cuiuſuis generis ſalutiferas, ſententias ſcilicet, & doctrinas, quibus ſe procreatori gratum, & acceptum reddat, ſimulque proximo ſalutaria virtutum, ac doctrinæ documenta diffundat. Hinc & Auguſtinus: *Quicquid*, inquit, *homo extra didicerit, ſi noxium eſt, ibi damnatur, ſi vtile eſt ibi inuenitur, & cum ibi quiſque inuenerit omnia, quæ vtiliter alibi didicit, multo abundantius ibi inuenit ea, quæ nuſquam omnino alibi, ſed in illarum tantummodo Scripturarum mirabili altitudine, & mirabili humilitate diſcuntur.* Vtilis etiam eſt ad arguendum, quia errores infidelium, cæterorumque arguit, certaque concludit ratione. Sic Chriſtus duos

2. *ad Timo.* 3. *vers.* 3.

Ambroſ. in epiſt. Pauli ad Timot.

Chryſoſt. in Matt. c. 24.

Aug. lib. 2. *de doctrina Chriſtiana cap. vltimo.*

illos Diſcipulos euntes in Emmaus redarguit, dicens: *O ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt Prophetæ. Nonne, &c. & incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipſo erant.* Dictat quemadmodum fides Catholica & piis opituletur, & aduerſus impios defendatur. *In eâ* (ait Grægorius) *armaturam noſtræ mentis inuenimus, vt inde præcepta creditoris, inde ſumamus exempla præcedentium, per quæ contra aduerſarios noſtros inexpugnabiliter armemur.* Nam mille clypei pendẽt ex ea, & omnis armatura fortium, vt alludens ad locum Cantici Canticorum dicit Eucherius. Sic modum etiam, & conuenientiam legitimo præſcribit Doctori: nam *vtilis* etiam eſt *ad corripiendum*, ad impios rebelles, & inobedientes corripiendos, id eſt coercendos, ſiue etiam corrigendos. *Ad hoc enim data eſt*, (ait Ambroſius de ſacra Scriptura loquens) *vt proficiat imperitis, & inſtauret deformes, attrahens iniquos ad iuſtitiã.* Sic vtilis etiam eſt (ait Paulus) *ad erudiendum in iuſtitia*, elementariæ inſtitutionis, ſiue pædagogiæ ſcientiam præſcribendo, vt quilibet iuſtitiam Chriſtianam imbibens, generoſæ virtutis ſtudium amplectatur, & malum declinare condiſcat. Et tandem *In ſacra Scriptura* (ait Hugo) *quicquid docetur, veritas, quicquid præcipitur, bonitas, quicquid promittitur, fœlicitas eſt. Nã Deus eſt veritas ſine fallacia bonitas ſine malitia, fœlicitas ſine miſeria.* Eſt ſacra Scriptura, teſte Hieron. Puteus Iacob, ex quo hauriũtur aquæ, quæ in oratione funduntur. Eſt eiuſdẽ virga decorticata, cuius intuitu

Greg. hom. 15. in Exec.

Cant. 4. ſ. Eucher. lib. de ſpirit formulis, c. 7.

Ambr. vbi ſupra.

Hugo lib. de anima.

Hieron. in Speculo Mõnach.

varios bonorum operum fœtus producimus. Eſt currus igneus Eliæ, quo ad æternam hæreditatem capeſſendam in cælum vehimur. Eſt mons Syon, in quo mandata magni Regis traduntur. Eſt panis, quem populo in deſerto dedit olim Deus, omne in ſe delectamentum habens, & in ore edentium ſpiritualem ſaporem producens, quem cum guſtaſſet Dauid: *Quam dulcia*, dixit, *faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Sicut enim* (ait Auguſtinus) *ex carnalibus eſcis alitur caro, ſic ex diuinis eloquiis interior homo nutritur, & paſcitur.* *Pſal. Aug. ſerm. 112. de temp.*

Eſt mentis noſtræ ſpeculum, in quo interna facies noſtra videtur. Vnde Hieronymus ſic pudicam, & honeſtam virginē hortatur: *Vtere lectione diuina vice ſpeculi, fœda corrigendo, pulchra conſeruando, & pulchriora faciendo.* Eſt (ſicut Hugo ait) *liber vitæ, cuius cognitio vita, cuius ſcriptura indelebilis, cuius aſpectus deſiderabilis, cuius doctrina facilis, cuius ſcientia dulcis, cuius profunditas inexhauſtibilis, cuius verba innumerabilia, & vnum tantum verbum omnia.* Eſt ſicut Dauid loquitur, lucerna pedibus noſtris, & lux mentis. Et tandem, vt Chryſoſt. ait, eſt oſtium per quem ad Deum intramus. *Hieron. ad Demetriadem.* *Hugo de arca. & Noe.* *Pſal.* *Chryſ. ho. 51. in Ioan.*

Quare qui diuinarum virtutum amore ſuccenſi eius maximam vtilitatem agnouerunt, aſſiduo ei ſemper vacarunt ſtudio: nam vt ipſe Chriſtus nos docuit. *Qui ex Deo eſt verba Dei audit.* Sic legimus Marcellam nobilem, ſanctamque fœminam diuinarum Scripturarum tanto amore ſuccenſam fuiſſe, vt ardore incredibili ſemper caneret: *In corde meo abſcondi* *Io 8. verſ. De Marcella Hieron. in epiſt. ad eam.*

Metaphra. apud Sur. tom. 6. *eloquia tua, vt non peccem tibi.* Cæcilia quoque Romana, & Patritij generis virgo, ſed Fidei claritate generi ſuperior Euangelium Chriſti, vt habet in ſua Hiſtoria Metaphraſtes, ſemper gerebat in pectore, illius fruens in ſacris Scripturis colloquiis, quem in præcordiis ſemper geſtabat. Quin & de Seruulo mendico narrat Gregorius, quod Iro, vt aiunt, licet eſſe pauperior, & literarum ignarus, ex eleemoſynis tamen ſacros ſibi comparauerat libros, quos deinde coram ſe ſtudioſè legere faciebat, vndè poſtea audiendi aſſiduitate, & aliis, quæ legere neſciebat, memoriter prædicabat. Certè ſacrarum Scripturarum virtute mirabili & ipſos fugari, & ſuperari dæmones ipſe Chriſtus nos docuit, dum in deſerto cum eo confligens, quotieſcunque idololatriæ, præſumptionis, atque auaritiæ tentationum tela non interna, ſed externa in ſe contorqueri cernebat, non tantum reſiſtebat, ſed etiam fortiſſimis, lectiſſimiſque ex ſacra Scriptura delectis ſpiculis, tartareum hoſtem confodiebat. Sic S. Lutgardus virgo dum verſum illum ruminaret, *Deus in adiutorium meum intende*, videbat teterrimos cacodæmones huius ſacri verſiculi efficacia repreſſos, perterritoſque magno cum horrore diffugere, ac tentationum tela relaxare. Vnde merito Sapiens: *Omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt omnibus ſperantibus in ſe.*

Greg. lib. 4. Dialog. c. 14.

De ſacræ Scripturæ difficultate, & eloquentia.

Cap. XI.

VEra licet, & certa ſacra Scriptura adeo ſit, vt de eius veritate, atque certitudine nemo, nec quidem hæreticus dubitet: *Mare tamen* (vt ait Ambroſius) *eſt, habens in ſe ſenſus profundos, altitudinem propheticorum ænigmatum. Vnde Dominus* (inquit Chryſoſtomus) *relegauit Iudæos ad Scripturarum, non ſimplicem, & nudam lectionem, ſed ad ſcrutationem quàm diligentem: Scrutamini*, dicens, *Scripturas: ideirco ſcrutari, & effodere profundius iubet, vt quæ alte deliteſcunt inueniri queant, non enim rem in ſuperficie, & in promptu poſitam effodimus, ſed quæ tanquam theſaurus profundè reconditur: & qui eiuſmodi quærit, niſi ſummam diligentiam adhibeat, nunquam quæſita inueniet.* Hæc Chryſoſtomus. Sic de ſeipſo Hieronymus refert, nunquam ab adoleſcentia ſua aut legere, aut doctos viros, quæ neſciebat, interrogare ceſſaſſe, aut ſeipſum habuiſſe magiſtrum: quin & ob hanc vel maximè cauſam Alexandriam perrexiſſe, vt videret Didymum, & ab eo in Scripturis omnibus quæ habebat dubia ſciſcitaretur. Sed & Propheta Dauid intellectum à Deo ſibi dari poſcebat, vt legem ipſius ſcrutari poſſet: *Da mihi intellectum*, dicens, *& ſcrutabor legem tuam.* Quare, *ſi tantus Propheta*, ait idem Hieronymus, *tenebras ignorantiæ confitetur, qua nos putas paruulos, & penè*

Ambroſius epiſt. 44.

Chryſ. ho. 40. in Ioan.

Hieron. in præfatione Comment. ſuper epiſt. ad Epheſ.

Pſal. 118. 34.

Hieron. in epiſtola ad Paulinum.

lactentes inſcitiæ nocte circundari? Et ſanè, *tanta eſt,* (vt ait Auguſtinus) *Chriſtianarum profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem, ſi eas ſolas ab ineunte ætate vſque ad decrepitam ſenectutem, maximo otio, ſummo ſtudio, meliori ingenio comarer addiſcere, non quod ad ea, quæ neceſſaria ſunt ſaluti, tanta in eis perueniatur difficultate, ſed quod cum quis ibi fidem tenuerit, ſine qua proprie, rectéque non creditur, tam multa, tamque multiplicibus myſteriorum vmbraculis opaca intelligenda proficientibus reſtant, tantaque non ſolum in verbis, quibus iſta dicta ſunt, ſed etiam in rebus, quæ ad intelligendum ſunt, latet altitudo ſapientiæ, vt annoſiſſimis, acutiſſimis, flagrantiſſimiſque cupiditate dicendi hoc contingat, quod alicubi ſcribitur: Cum conſummauerit homo tunc incipiet.* Hucuſque Auguſtinus. Quare toto cælo errant, qui ſacras Scripturas omnibus peruias clamitant. Et merito artificibus hæreticis paſſim ſacras Scripturas citantibus dici illud poteſt, quod olim S. Baſilius cuidam ſacram Scripturam alleganti Demoſtheni præfecto culinæ Valentis Imperatoris dixiſſe fertur: *Tuum eſt de pulmentis cogitare, & non dogmata diuina decoquere.* Non enim, auctore Apelle, ſutor vltra crepidam. Hinc merito quæritur Hieronymus multos eſſe, qui vano facilitatis prætextu nimium ſacris abuntur Scripturis. *Agricolæ*, inquit, *cæmentarij, fabri metallorum, lignorum cæſores, lanarij quoque, & fullones, & cæteri, qui variam ſupellectilem, & vilia opuſcula fabricant, abſque doctore eſſe non poſſunt, quod cupiunt. Quod medicorum eſt promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola Scripturarum ars eſt,*

Aug. epiſt. 3. ad Voluſ.

Niceph. lib. 11 cap. 18. Theod. lib. 4. cap. 7. Hiſt. Caſſ. lib. 7 c. 36. Hiſt. Trip. Hier. in epiſt. ad Pamm. prof. omnibus diuinæ hiſtor. lib.

quam ſibi paſſim omnes vendicant : hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent, antequam diſcant. Quid tales Apoſtolorum Principi reſponderent ſcribenti, quædam eſſe difficillima intellectu in epiſtolis B. Pauli, quæ indocti, & inſtabiles depranant, ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem? Hæc Hieronymus. 2. Pet. 3.

Modus, igitur ipſe dicendi, vt cum Auguſtino loquar, *quo Scriptura ſancta contexitur, quamuis omnibus acceſſibilis, paucis tamen penetrabilis eſt. Nam quæ aperte continet, quaſi amicus familiaris ſine fuco ad cor indoctorum, & doctorum loquitur. Ea vero quæ in myſteriis occulta, nec ipſa eloquio erigit ſuperbo, quo non audeat accedere mens tardiuſcula, et inerudita, quaſi pauper ad diuitem: ſed omnes humili ſermone inuitat, quos non ſolum manifeſta paſcat, ſed etiam ſecreta exerceat veritate, hoc in promptis, quod in reconditis habet. Sed ne aperta faſtidirentur, eadem rurſus operta deſiderantur, deſiderata quodammodo renouantur, renouata ſuauiter intimantur, prauа corriguntur, & parua nutriuntur, atque magna oblectantur ingenia.* Aug. epiſt. 3. ad Voluſianum to. 2.

Et ſanè ſacræ Scripturæ obſcuritas ex eo maximè procedit, quia materias admodum difficiles tradit, vtpote Sanctiſſimæ Trinitatis, Incarnationis, Sacramentorum, diuinæ prædeſtinationis myſteria, quæ omnem humanum captum ſuperant. Vaticinia etiam in magna ſui parte de rebus futuris continet: & vaticinia carmine conſcripta, quibus nihil obſcurius: multa etiam, quæ prima fronte

ſibi inuicem aduerſari videntur : vt, exempli gratia, illud Exodi: *Ego Deus zelotes, viſitans peccata patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem.* Et illud Ezechielis : *Filius non portabit iniquitatem patris.* Multa metaphorica, & ambigua, ex quibus tot, & tàm diuerſæ oriuntur interpretationes. *In ſacris Scripturis*, ait Tertullianus, *pleraque figurate protenduntur, & per ænigmata, & allegorias, & parabolas aliter intelligenda, quàm ſcripta ſunt.* Quin etiam, vt docet Hieronymus, *ſæpius in ſacris literis, præſertim in prophetis, dum aliud agitur, repentè ad alios perſona mutatur.* Habet etiam ſacra Scriptura ſenſum multiplicem, de quo ſequenti capite agẽdum: habet tandem ſuę obſcuritatis quamplurimas alias cauſas, quas recenſent Clemens Alexandrinus, Hieronymus, Irenæus, Euthymius, & alij. Vnde ſatis liquet neminem abſque doctore, & pręuio magiſtro eius ſibi notitiã comparare poſſe, & merito à Hieronymo illum irrideri, qui ſe iactabat non ſolum humaniores diſciplinas, ſed & ſacrarũ Scripturarum ſcientiam abſque præceptoris opera didiciſſe. *Stultus*, inquit, *ego, qui me putauerim hæc abſque Philoſophis ſcire non poſſe*, & infra : *& vt humana contemnam ſine cauſa Gregorium Nazianzenum, et Didymum in Scripturis ſanctis catechiſtas habui : nihil mihi profuit Hebræorum eruditio, & ab adoleſcentia vſque ad hãc ætatem quotidiana in Prophetis, Euangeliis, Apoſtoliſque meditatio: inuentus eſt homo abſque præceptore perfectus,* πνεῦμα σοφορος ἐν θεὸς, καὶ αὐτοδίδακτος. Merito itaque admonet Chryſoſtomus : *Ne temerarij ſimus in ſcrutanda*

Exod. 20.5.
Ezech. 18.20
Tertull lib. 3. aduerſus Marcionem.
Hieron. in Nahum. c. 2.
Clem. Alex. Stromat. 6.
Hieron. in prolog. Prophet.
Iren. lib. 3. adu. hæreſ.
Euthym. in præfat. Pſalmorum.
Hieron. in epiſt. 51. ad Domnionem
Chryſ. ho. 8 ſup. c. 3. ſecundæ epiſtolæ ad Timotheum.

profunditate Scripturarum, intelligentes multos latere in ea locos difficiles; nam quemadmodum in magno fluuio quædam ſunt partes, quæ vado tranſiri poſſunt, aliæ per pontem, aliæ vero, quæ nullo modo, niſi adminiculo cymbæ: ita in ſacris literis, quæ ad mores informandos ſpectant, perſpicua ſunt, quæ vero ad myſteria pertinent, per interpretationes Patrum, quaſi per põtem cognoſci poſſunt. Sunt enim nonnulla, quæ vt penetrentur, Spiritus ſancti quaſi vehiculo & ductu eget mens noſtra. Cum ergo omnis Scriptura ſacra ſit diuinitus inſpirata, nonniſi Spiritus ſancti afflatu intelligi poteſt, in iis præſertim locis, in quibus myſteriorum altiſſima eſt profunditas.

Quãta vero ſit ſacrarum Scripturarum eloquentia non facilè demonſtrari poteſt: nam licet, vt S. Ambroſius docet, ſecundum artem mundanæ eloquentiæ non ſint deſcriptæ, ſunt tamen ſecundum gratiam, quæ ſuperat omnem artem. Vnde & ij, qui de arte ſcripſerunt, de earum ſcriptis artem inuenerunt, & condiderunt commenta artis, & magiſteria. Quod fuſius S. Auguſtinus demonſtratum reliquit, Sanè, vt ille ait, *ſicut eſt quædam eloquentia, quæ magis ætatem iuuenilem decet, eſt quæ ſenilem, nec iam dicenda eſt eloquentia, ſi perſonæ non congruat eloquentis, ita eſt quædam, quæ viros ſumma auctoritate digniſſimos, planeque diuinos decet. Hæc illi locuti ſunt, nec ipſos decet alia, nec alios ipſa: ipſis enim congruit, alios autem quanto videtur humilior tanto altius, non ventoſitate, ſed ſoliditate tranſcendit.*

S. *Ambroſ.*

S. Aug. de doct. Chriſtiana lib. 4. c. 1. p. 6.

De ſacræ Scripturæ ſenſibus.

Cap. XII.

COmmunis Catholicorum eſt ſententia duplicem eſſe præcipuum ſacræ Scripturæ ſenſum, literalem, ſeu hiſtoricum vnum: Spiritualem, ſeu myſticum alterum, amboſque in libro illo fuiſſe figuratos, quem Ioannem in Apocalypſi ſcriptum intus & foris vidiſſe legimus: foris quidem in ſenſu literali, quem ſignificant voces: intus in ſenſu ſpirituali, quem ſignificant res vocibus expreſſæ. Et hunc quidem ſpiritualem triplicem eſſe definiunt, videlicet Allegoricum, Tropologicum, ſiue Moralem, & Anagogicum. Nam triplicem licet tantummodo faciat Hieronymus ſacræ Scripturę ſenſum, videlicet Hiſtoricum, Tropologicum, & Spiritualem: & Auguſtinus Aetologiam, Allegoriam, & Analogiam ponat, in re ipſa tamen nulla eſt diſcrepantia, quia Aetologia eſt, quæ reddit cauſam, quare Scriptura aliquid dicat, & Analogia, quæ ponit concordiam vnius loci cum alio, quæ ad primum ſenſum literalem, & hiſtoricum pertinent. Allegoria vero continet illos tres ſenſus myſticos, ſcilicet Allegoricum, Moralem, & Anagogicum. Qui omnes illis verſibus dilucidè explicantur.

Apoc. 5. 1.

Hieronym. epiſt. 150. ad Hedibiam q. 12.

Auguſt. lib. de Geneſ. ad lit. cap. 10

Litera geſta docet, quid credas Allegoria.
Moralis quid agas, quo tendas Anagogia.

Beda de tropis ſacræ Script.

Exemplum ponit Beda in voce *Ieruſalem*,

quam ait in Litera Ieruſalem terrenam ſignificare, in Allegoria, Eccleſiam militantem, in Tropologia animam Iuſti, in Anagogia, Ciuitatem cæleſtem. Non tamen hi omnes quatuor ſenſus, in vnoquoque ſacræ Scripturæ loco inueniuntur, vt Auguſtinus, & Thomas docent: ſed literalis tantummodo: cum multa ſint loca, quæ myſticè non explicantur, vt ſunt præcepta charitatis, iuris naturæ principia, & morales exhortationes ad virtutem, quæ frequentes in Sapientialibus, & alibi reperiuntur, in quibus ipſemet ſenſus ſpiritualis hiſtorialis eſt. ET licet aliqua ſint in ea loca, quæ metaphoris conſtant, haud tamen illa ſuo carent literali ſenſu, ſed in illis ſenſus literalis, vt communiter tradunt Theologi, ille eſt, quem voces in ſua figurata locutione habent, vt cum dicitur, verbi gratia, in Canticis: *Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum.* Quicquid tamen in ſenſu verborum proprio ſine falſitate, aut indecentia intelligi poteſt, ſemper in ſenſu verborum proprio accipi debet: licet illud cauendum ſit, quod Auguſtinus prænonet, ne, quod figuratè in Scriptura dicitur, ſecundum literæ proprietatem accipiatur, alioquin litera occidit. Hinc enim plurimæ exortæ ſunt hæreſes: ſicut Lutherus ex illo loco Petri, *Vos eſtis regale Sacerdotium*, falſo docuit omnes eſſe ſacerdotes. Rurſum cauendum, ne, quæ ſecundum proprietatem dicuntur, figuratè accipiantur, nam & tali pacto veritas Scripturæ ſubuerteretur. Sic Origenes turpiter lapſus eſt, dum quæ de paradiſo

Auguſt. lib. 16. de ciuit. Dei, cap. 2. Tho. Aquinas quod lib. 7. art. 15. ſolut. ad 5.

Cant. 7. 4.

Aug. lib. 2. de Doctr. Chriſt. cap. 10.

1. Pet. 2. 9.

ſecundum literam propriè dicuntur, non niſi myſticè, & ſpiritualiter intelligi voluit, auferens hiſtoriæ de Paradiſo veritatem. Sic etiam turpiter lapſus eſt Lactantius, dum mille annos, quibus regnaturi ſunt Sancti cum Chriſto ſuper terram, ſecundum literã intelligit, quod figuratè accipere debuiſſet. Illud etiam obſeruandum, quod Auguſtinus, Thomas Aquinas, & communiter ſacri Doctores docent, ſenſum ſacræ Scripturæ literalem multiplicem eſſe poſſe: nam cum habeat illa Spiritum ſanctum auctorem, benè potuit ille verba ita diſponere, vt plures habere poſſint ſenſus. Exemplum ſit pſalmi locus: *Ego hodie genui te*, qui à ſancto Paulo de æterna Verbi generatione exponitur, & etiam ad probandam Chriſti reſurrectionem affertur: & locus Geneſis: *In principio creauit Deus cœlum & terram*, quem docet Auguſtinus plures hiſtoricos ſenſus admittere, &c.

Aug. vbi ſup. cap. 37. Thomas 1. parte. q. 1. art. 1.

Pſal. 2. 7. ad Hebræos 1. 5.

Geneſ. 1. 1. Aug. lib. Confeſſ. cap. 30. & 31.

Certum etiam eſt ſenſum literalem, ſiue vnus ſit, ſiue multiplex, ſolum ſufficere ad diuinæ loquelæ explicationem, & fidei confirmanda dogmata: nam, vt ait Dionyſius Areopagita, *ſymbolica ſeu myſtyca Theologia non eſt argumentatiua.* Et Hieronymus: *Nunquam*, inquit, *parabolæ, & obſcura ænigmatum intelligentia ad probationem dogmatum proficere poteſt.* Eſt enim ille ſolus aliorum ſenſuum baſis, & fundamentum. Quare literali ſenſu non ante comperto, & conſtituto, neceſſe eſt plerumque ſenſus myſticos inanes eſſe, & futiles, & nonnunquam falſos, & commentitios, vt ſunt

Dionyſ. Areopag. lib. ad Timot. Hieron. in cap. 13. Matthæi tractãt parabolam fermenti.

propemodum infinitæ expoſitiones nouiter adinuentæ, in ſolo verborum ſono fundatæ, quibus multorum Sermonariorum, vt aiunt. ſcripta vulgari præcipuè lingua euulgata redũdant: Quæ ſanè, vt ingenuè, quod verum eſt, fatear, valde cautos lectores requirunt: ne nouitate rei allecti magis huiuſmodi adhæreant ſenſibus, quàm puritas diuini eloquij, & Chriſtiana expoſcat ſyncritas. Sanè Anaſtaſius Synaita Origenem his ſenſibus nimis debitum damnans, de eo ſic habet: *Oportebat enim primum admittere hiſtoriam, quæ conuenit literæ, deinde, vbi oportet, procedere ad Anagogias.* Et S. Thomas Aquinas ſummopere curandum eſſe docet, ne diuina Scriptura ſic exponatur, vt ab infidelibus irrideatur. quare ſpectandus ſemper eſt ſacræ Scripturæ contextus, antequam ad Anagogiam deueniatur. Sic tamen amari debet hiſtoria, vt intelligentia, quæ ad animi ædificationem pertinet, ſtudioſius requiratur. Quod Sanctam Paulam facere conſueuiſſe refert Hieronymus, dum de illo ſic habet; *Cum amaret hiſtoriam, & hoc veritatis diceret fundamentum, magis tamen ſequebatur intelligentiam ſpiritualem, & hoc culmine ædificationem animæ protegebat.*

Anaſtaſius Synaita lib. 7. anagogicarum contemplat.

Thomas 1. part. quæſt. 68. art. 1. in corpore.

Hieron. in epitaphio Paulæ. 73.

Eſt alius ſacræ Scripturæ ſenſus, ſed minus principalis, quẽ accõmodatitium vocant, quo eiuſdem ſacræ Scripturæ verba per quandam extenſionem ad rem aliam applicantur, quam ſacer Scriptor nec hiſtorico, nec allegorico, ſenſu indicauit. Exempla ſunt, quando bella, & perſecutiones populi Iſrael, & deuaſta-

tiones ciuitatis Ieruſalem, ac templi, ad hæreticorum, ac Tyrannorum perſecutiones con-
Matt. 11. 4. tra Eccleſiam accommodantur. Ita Chriſtus Ioannem dixit eſſe Eliam. Ita Eccleſia accommodat multa ex libris Salomonis Deiparæ Mariæ, quæ hiſtoricè ſapientiæ Diuinæ conueniunt, & multa de canticis canticorum, quæ hiſtoricè cuicunque fideli animæ congruunt.

Agunt de ſenſibus ſacræ Scripturæ inter omnes, exactius S. Thomas 1. part. quæſt. 1. art. 10. & qui ſcripſerunt in eam, notati infra.

Item & alij, qui de eiuſdem Scripturæ phraſibus, locutionibus, allegoriis, &c. egerunt, notati in fine ſequentis capituli; quos (ſi placet) conſulere poteris.

De ſacræ Scripturæ ſtudio ad ſenſus eius percipiendos neceſſario.

Cap. XIII.

CVm ſacrarum Scripturarum vera intelligentia, teſte ſapiente, ei tantummodo à Deo communicetur, qui vitia fugiens, virtutem complectitur, qui eam aſſequi deſiderat, illud in primis curare debet, vt non ſolum ha-
Auguſt. lib. 2. de Doct. Chriſt. c. 7. Actor. 8. beat pietatem fidei, quam Auguſtinus ſecundum gradum ad eas intelligendas, conſtituit, vt enim in Actis dicitur, *Niſi credideritis, non intelligetis*: ſed etiam cor omni iniuſtitia mundatum obtineat. Vnde Eccleſiaſticus: *Concu-*

piſcis,

piſcis, inquit, *ſapientiam, ſerua iuſtitiam, & Dominus præbebit eam tibi.* Et Gregorius Nazianzenus, *Vis*, inquit, *Theologus aliquando fieri, ac Diuinitate dignus? mandata ſerua, per Dei præcepta incede.* Hinc Abbas Theodoretus, apud Caſſianum, dicere ſolitus erat ad Scripturarum notitiam pertingere cupientem, nequaquam debere labores ſuos erga Commentariorum libros impendere, ſed potius omnem mentis induſtriam, & intentionem laudis, erga emendationem vitiorum carnalium detinere, quibus expulſis confeſtim cordis oculi, ſublato velamine paſſionum, ſacramenta Scripturarum, velut naturaliter, incipiet contemplari: Si quidem nobis, non vt eſſent incognita, vel obſcura, ſancti Spiritus gratia promulgata ſũt, ſed noſtro vitio, velamine peccatorum cordis oculos obumbrante, redduntur obſcura: quibus rurſum naturali redditis ſanitati ipſa Scripturarum ſanctarum lectio ad contemplationem veræ ſcientiæ abundè etiam ſola ſufficit. Et ſanè teſte Plotino, ſicut oculus nunquam videret ſolem, niſi factus eſſet ſolaris, ita nec animus ipſam intueri poterit pulchritudinem, niſi factus ſit pulcher. quare, vt ait Boetius.

Tu quoque ſi vis,
Lumine claro,
Cernere verum,
Tramite recto,
Carpere callem;
Gaudia pelle,
Pelle timorem,

Eccleſ. 1. 35.
Nazianz. de dog. & ſtatu Epiſcopi.
Caſſian. Inſtitut lib. 5. cap 9.
Plotin. Aeneid. 1 lib. 6. cap. 5.
Boetius de conſolation. Philoſophica lib. 1 metr. 7

Spemque fugato,
Nec dolor adſit;
Nubila mens eſt,
Vinctaque frænis,
Hæc vbi regnant.

Pellenda ſcilicet peccata, quæ continua nos agitant inquietudine: nam teſte Iſaia, *Cor Impij, quaſi mare feruens, quod quiſcere non poteſt.* Iſaiæ 57. 20

Amplectenda deindè humilitas, ſine qua recondita Diuinæ Sapientiæ arcana haud vnquam intelligere, ipſo Chriſto teſte, valemus. *Confiteor*, ait ille, *Tibi, Pater, Domine cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.* Nouit hoc & Pſaltes cum dixit: *Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis*, id eſt humilibus, ait Auguſtinus; Nouerunt & ipſi Ethnici. Quare Alexandro Magno conquerenti, quod ſapientia à Dijs non eſſet donatus, vt fuerat diuitiis, & Regnis, Didymum philoſophum ei reſpondiſſe ferunt: *Daret tibi ô Alexander Deus ſapientiam, ſi modeſtiam in ſenſu, vbi eam colligeres, haberes.* Hinc merito Caſſianus, *Si*, inquit, *ad veram Scripturarum vis ſcientiam peruenire, feſtinandum tibi eſt, vt humilitatem cordis primitus conſequaris, quæ te non ad illam, quæ inflat, ſed ad eam, quæ illuminat, ſcientiam, Charitatis conſummatione perducat: Nam*, vt Gregorius ait, *lumen intelligentiæ humilitas aperit, ſuperbia abſcondit, &c.* Sic humiliare ſe quiſque debet, qui ſacræ Scripturæ ſenſum aſſequi deſiderat, alioſque libenter audire, & interrogare: Nam

Matt. 11. 25.

Pſal. 118. 130

Auguſt. ibi. Didim. Philoſop. apud Plutarchum

Caſſian. inſtitut. lib 5. cap. 10.

Greg. lib. 25. moral. c. 11.

multos, teſte Hugone, hoc decipit, quod ante tempus ſapientes videri volunt: Vndè & ſimulant, quod non ſunt, & quod ſunt, erubeſcunt, eoque longius à ſapientia vera recedunt, quo non eſſe ſapientes, ſed putari cupiunt. Non talis Plato, qui (teſte Hieronymo) dicere conſueuerat: *Mâlo aliena verecundè diſcere, quàm mea imprudenter ingerere.* Hugo de S. Victore Didaſcal. lib. 3. cap. 14. Hieron. de Platone.

Tertiò, cum oporteat veram ſacræ Scripturæ Interpretationem eius inſtinctu fieri, à quo initio fuit dictata, ideoque Interpretatio Sermonum à S. Paulo inter dona Spiritus ſancti numeretur, qui eius ſenſuum intelligentiam aſſequi deſiderat, à Deo illam continuis precibus debet efflagitare. Sic Sanctus Propheta Dauid, vt legis Dei intelligentiam aſſequeretur, ſollicitè orabat: *Da mihi intellectum*, dicēs, *& ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo.* Item, *Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.* Et Salomon: *Dixi*, inquit, *ex totis præcordiis meis: da mihi Domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam.* Sic etiam Boetius. 1. Cor. 12. Pſal. 118. 34. Sap. 8. 21. Boetius li. 3. de conſolation. philoſp. metr. 9.

Da Pater Auguſtam menti conſcendere ſedem,
Da fontem luſtrare boni: da luce reperta.
In te conſpicuos animi defigere viſus.
Diſſice terrenæ nebulas, & pondera molis,
Atque tuo ſplendore mica: tu namque ſerenum,
Tu requies tranquilla piis: te cernere, finis.
Principium, Vector, Dux, Semita, terminus idē.

Hinc Hieronymus: *Hoc*, inquit, *donum Dei non quærunt Iudæi, & hæretici, ideo legunt quidem* Hieron. ad Paulinum de inſtitution. monachi.

Augustſ. de Doct. Christiana lib. 3. cap. 37.

Scripturam ſacram, ſed verum eius ſenſum inuenire nunquam poſſunt. Quare, ait Auguſtinus, *non ſolum admonendi ſunt ſtudioſi Venerabilium literarum vt in Scripturis ſanctis genera locutionum ſciãt, & quomodo apud eas aliquid dici ſoleat vigilanter aduertanto, memoriterque retineant: verum etiam, quod eſt præcipuum, & maximè neceſſarium, orent vt intelligant. In eis quippè literis, quarum ſtudioſi ſunt, legant, quoniam Dominus dat ſapientiam, & à facie eius ſcientia, & intellectus, à quo & ipſum ſtudium, ſi pietate præditum eſt, acceperunt.*

Hiſ tamen omnibus aſſidua, & diligens meditatio eſt adiungẽda; Sic enim legimus Chriſtum, ſuos ad ſcripturarum non ſimplicem, & nudam lectionem, ſed ad inueſtigationẽ perquam diligentem relegaſſe, dum ait: *Scrutamini Scripturas.* Vt enim ait Chryſoſtomus, *Ideirco Dominus effodere profundius iubet,* vt, *quæ alte deliteſcunt, inuenire poſſimus.* Neque enim rem in ſuperficie, & in promptu poſitam effodimus, ſed quæ, tanquam theſaurus, profundè reconditur: qui enim rem huiuſmodi quærit, niſi ſummam adhibeat diligentiam, & laborem, numquam queſitam inueniet. Hinc optimam eſſe elicio, ad ſacrarum Scripturarum intelligentiam, regulam, quam Sanctus Thomas Aquinas in opuſculis ſuis tradit, ad quendam Ioannem ſcribens, his verbis: *Quia quæſiſti à me, in Chriſto mihi chariſſimè Ioannes, qualiter te ſtudere oporteat in theſauro ſcientiæ acquirendo, tale à me ſuper hoc traditur conſilium, vt per riuulos, non ſtatim, in mare eligas introire, quia per faciliora ad difficiliora oportet deuenire,* & infra: *Diſcurſus ſuper*

Io. 5. 39. Chryſ. to. 4. in ca. 5. Io.

Opuſcul. 68. ad quemdã Ioannem.

omnia fugias: Sanctorum, & bonorum imitari veſtigia non omittas: Non reſpicias à quo audias: ſed quicquid boni dicatur, memoriæ recommenda: Ea, quæ legis & audis, fac vt intelligas: De *dubiis te certifices, et quicquid poteris, in armariolo mentis reponere ſatage, ſicut cupiens vas implere: Altiora te ne quæſieris. Iſta ſequens veſtigia, frondes, & fructus in vineam Domini Sabaoth vtiles, quamdiu vitam duxeris, proferes, & produces. Hæc ſi ſectatus fueris, ad id attingere poteris, quod affectas.* Hæc Thomas Aquinas.

De ſacræ Scripturæ quibuſdam regulis, ad eius ſenſus percipiendos neceſſariis, & de auctoribus, qui de illis ſcripſerunt.

Cap. XIV.

PRimo loco, (vt grauiſſimi æſtimant Scriptores) qui ſtudio ſacræ Scripturæ dat operam, in eius lectione, vt verum ſenſum percipiat, perpendere debet voces ipſas, quas legit, ſumi nè debeant in propria, an in figurata locutione: nam licet illud ſemper ſeruandum ſit, quod Baſilius ſeruabat: *Ego* (inquiens) *cum fœnum audio, fœnum intelligo*, voceſque in quantum fieri poteſt, ſemper in ſua propria ſignificatione ſint accipiendæ, tamen, ſicut ſupra diximus, ſæpè non eſt ſenſus is, quem voces in propria ſignificatione faciunt, ſed quem in ſua ſignificatione figurata, vt apparet in Viſione Danielis, in parabolis, in Cantico Canticorum, in libro Apocalypſis, & vbi-

Baſil. in Hexam. ho. 9.

cunque Deo membra tribuuntur, vel humanæ affectus: necnon vbicunque falsum significari videtur, vt in illis verbis de Ioanne Baptista: *Ipse est Elias*: & vbicunque aliquid absurdum innuitur, vt in illis: *Ego dispono vobis regnum, vt edatis, & bibatis, &c.* vel etiam vbicunque aliquid dicitur rectæ rationi contrarium, vt, *si oculus tuus scandalizat te, erue eum, &c.* Vnde Augustinus, *Quicquid*, inquit, *in sermone diuino, neque admodum honestum, idest ad diligendum Deum, vel proximum, neque ad fidei veritatem propriè referri potest, figuras esse cognosces: quod si perspicuè dicitur, non est ad aliud referendum, quasi figuratè dictum, &c.*

Matt. 11. 4
Luc 22. 29
Matt. 18. 9
August. li. 3. de Doctr. Christiana.
Idem ibid. cap. 30.

Deinde considerare debet sacram Scripturam sæpè præsertim in libris Propheticis, & Psalmis vti mutatione temporis, personarum, affectuum, numeri, &c. Nam Sancti Dei homines Spiritu sancto afflati ad tempora modo se conuertebant præterita, modo futura, & præsentia, modo ad Deum, modo ad creaturas, &c. quia illuc ferebantur, vbi erat impetus Spiritus.

Tertiò, quia, vt Beda obseruat, *In Scripturis sacris ordo verborum, causa decoris, aliter quàm vulgaris via dicẽdi habet, figuratus solet inueniri.* Quod genus locutionis Grammatici græcè, σχῆμα, schema vocãt, nos vero habitum, vel formam, vel figuram, quia per hoc quodammodo vestitur, & ornatur oratio. Tropica necnon locutio, quæ fit translata dictione à propria significatione ad non propriam, similitudinis, necessitatis, aut ornatus gratia.

Beda seu Cassiodorus in præfat. de Trop. sacræ Script.

Diligenter etiam notandæ ſunt phraſes, & idiotiſmi linguæ Hebrææ: nam teſte Auguſtino, *Habet omnis lingua ſua propria genera locutionum, quæ cum in aliam linguam transferuntur, videntur abſurda*, Sic ponit Hebræus multoties ſubſtantiuum pro adiectiuo, vt filium perditionis pro filio perdito, Spiritum ſanctificationis pro Spiritu ſancto, Vocat filium pharetræ ſagittam, filios paleæ areæ frumentum, filios excuſſorum, iuuenes, dicit animam habere in manibus pro verſari in vitæ diſcrimine, ædificare domum pro familiam fortunare, loqui ad cor pro conſolari, &c. Aliis etiam vtitur idiotiſmis circa hominum actiones, habitus, ſitus, geſtus, & affectus corporum, & animorũ, qui proprias ſignificationes ſub quibuſdam quaſi ſymbolis includunt, vt ſunt operire caput, quod erat damnatorum indicium, demittere caput, ſeu leuare caput, quod erat ſignum mœſtitiæ, ſiue gaudij. Sed de his omnibus doctè, & copioſè agunt. *Auguſt. de vera relig. cap. 54.*

Auguſtinus in ſuis 7. libris locutionum ſacræ Scripturæ, qui habentur operum eiuſdem tom. 3. *Auguſt.*

Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis in libro de ſpiritualibus formulis, qui habetur poſt ſua commentaria in libros Geneſis, & Regum Romæ excuſus 1564. *Eucherius.*

Beda Venerabilis, ſcripſit libros 2. de Schematibus, & Tropis ſacræ Scripturæ, qui habẽtur in operum eiuſdẽ to. 1. Sed quia aliqui Marco Aurelio Caſſiodoro eos tribuunt, habentur etiam interẽ eiuſdem Caſſiodori opuſcula *Beda.* *Caſſiodor.*

Parisiis excusa 1579. Scripti sunt aduersus Græcos gloriantes se se Troporum fuisse inuentores, cùm multo antè omnia schemata, & Tropi extiterint in diuinis Scripturis.

Franciscus Ruizius. Franciscus Ruizius Hispanus Monachus Vallesoletanus, & Abbas S. Facundi Congregat. Montisferrati, anno 1546. collegit è Patribus Græcis, & Latinis ad vniuersam Scripturam diuinam intelligendam regulas 334. quas breuibus explanationibus illustrauit, quę prodierunt Lugduni anno 1546. ac Parisiis 1547. & Coloniæ cum Sixto Senense anno 1588. & Constantiæ in Germania 1595. apud Nicolaum Kol, & nouissimè Romæ apud Dominicum Basam 1596. Eas Angelus Rocca in sua Bibliotheca Theologica recudit, & contractis aliquantulum explanationibus siue Patrum, siue Auctoris, singulas distribuens, post singulorum Sanctorum Patrum operum recensionem collocauit.

posseu. in appar.

Angel. Rocca.

Laurentius à Villauincentio. Laurentius à Villauincentio Xeresanus Augustinianus eremita Doctor Theologus Louanienſis, & Philippi Hispaniarum Regis Maximi Ecclesiastes, collegit Phrases sacræ Scripturæ, circa annum Domini 1559. omnibus sanè, qui sacras Scripturas in publicis scholis profitentur, vel priuatim intelligere optant, vel in Ecclesiis inter concionandum populis eas interpretantur admodum vtiles, ac necessarias Antuerpiæ in ædibus Viduę & hæredum Ioan. Stelsij 1571.

Io. Baulæse Ioannes Baulæse mysticos sacræ Scripturæ sensus, variasque dictionum significatio-

nes in compendium collegit, & edidit Parisiis 1575.

Sanctes item Pagninus Lucensis Prædicatorij Ordinis concionator Apostolicus, & vir, vt ait Sixtus Senensis, in diuinis Scripturis apprimè eruditus, & trium linguarum, sed Hebrææ potissimum peritissimus composuit librum de Interpretatione Hebraicarũ, Chaldæarum, Græcarumque dictionum sacris in literis contentarum, & ad imitationem Ticonij, & Augustini librum vnum, cui titulus est Isagoge ad sacras literas, in quo ex antiquis Patribus multas etiam regulas collegit ad exponendas obscuras phrases, figuratas locutiones, & mysticos sacræ Scripturæ sensus summoperè necessarium, & alium, cui titulus: Isagoge ad mysticos sacræ Scripturæ sensus, qui ambo vno volumine comprehensi editi sunt Lugduni apud Hugonem à Porta 1536.

Sanctes Pagninus. *Sixtus Sen. in sua Bibliotheca.*

Hieronymus Lauretus Cornarienſis Hiſpanus Monachus Montisferrati, & Abbas Cœnobij S. Felicis Guixolensis anno 1566. consimile opus elaborauit, in eo tamẽ ab eo discrepat, quod non, sicut Pagninus, fœcundiores tantummodo voces selegit, nec Patrum verba citauit, sed locum tantum ad marginem apposuit, nè plus iusto volumen augeretur, & omnia conatus est amplecti, in quibus aliquid allegoriæ posset in quolibet alicuius notæ auctore inuenire: nec solum mystica, sicut Pagninus, tractauit, sed etiam complura, quæ ad sensum literalem spectant. Phrases insuper, & varias vocum acceptiones explicans seruauit

Hieronym. Lauretus.

alphabeticum ordinem : cuius operis licet multæ iam prodierint editiones, correctior tamen est Colonienſis apud Io. Gymnicum, ſub Monocerote anno 1612. cauſa, in qua acceſſit ad marginem diligentiſſima adnotatio auctorum, & præcipuè Sanctorum Patrum vna cum propriis locis, quibus allegorias ſingulas explanarint, hactenus deſiderata.

Benedictus Arias Montanus.

Benedictus Arias Montanus linguarum peritiſſimus, in ſuo Apparatu ad Sacra Biblia, quæ regia dicuntur, edidit collationes, & familiares Hebraicæ linguæ Idiotiſmos, Bibliorum Interpretationibus, præcipuè vero latinæ verſioni Sanctis Pagnini accommodatos.

Martinus Mazinez.

Demum Martinus Martinez Cantapretenſis Hiſpanus ſcripſit libros 10. Hypotypoſeon Theologicorum, ſiue Regularum ad diuinas Scripturas intelligendas, illoſque ita diuiſit, vt in octo prioribus locos aliquot communes, in reliquis autem duobus centum Regulas ex Patribus tradat. Opus ſanè eruditum, ſed legendum illud, (vt etiam Poſſeuinus obſeruauit) quod anno 1582. Salmanticæ excuſum fuit, aut ex ea editione, quæ quidem fuit expurgata, ad alias editiones deriuatum. Alios, qui de hac materia ſcripſerunt, require in noſtro Indice vniuerſali.

Poſſeuin. in appar.

De ſacræ Scripturæ adiumentis quibuſdam ad eius ſenſuum intelligentiam, & ſtudiis ad eius ſenſum intelligentiam neceſſariis.

Cap. XV.

NOtitiam linguarum, præſertim Hebręæ, Græcæ, & Latinæ, quibus Scriptura ſacra

temporum progreſſu tradita eſt, vtiliſſimam eſſe ad ſacræ Scripturæ intelligentiam docet Auguſtinus dicens: *Contra ignota ſigna, magnum remedium eſt linguarum cognitio. Homines, linguæ Latinæ, quos nunc inſtruendos ſuſcepimus duobus etiam aliis ad diuinarum Scripturarum cognitionem opus habent. Hebræa ſcilicet, & Græca.* Mutuas enim operas hæ linguæ ſibi inuicem præſtant, vt quod in altera verbis obſcurioribus, in altera clarioribus ſcriptum inueniatur. Inferiorum deinde artium, & cæterarum ferè omnium diſciplinarum notitiam ad ſenſuum ſacræ Scripturæ intelligentiam eſſe neceſſariam omnes aſſerunt, vel ſaltem earum principia deguſtata habere, ne ob craſſam quarumdam rerum ignorantiam turpiter hallucinari contingat, licet linguarum notitia, & ſcientiarum multitudo poſterioribus his noſtris temporibus non adeo ſit neceſſaria, vt primis olim fuit, habemns enim veterum iam ſacræ Scripturæ Interpretationes, ab Eccleſia adeo approbatas ſimul, ac receptas, vt ab eis (prout in ſacro eſt Tridentino Concilio definitum) haud liceat in rebus fidei, ac morum recedere, ſicuti nec ab illis, in quibus vnanimis eſt Doctorum Eccleſiæ conſenſus, nam in aliis vnuſquiſque eam ſententiam amplecti poteſt, quæ ſibi probabilior videtur. *Ad coercenda* (ſunt hæc Concilij verba) *petulantia ingenia ſacroſancta ſynodus decernit vt nemo ſuæ prudentiæ innixus in rebus fidei, ac morum ad ædificationem Doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, ſacram Scripturam ad ſuos ſenſus contorquens*

Auguſt. de Doct. Chriſtiana c. 10.

Conc. Trid. ſeſſ. 4. in Decret. de edition. & vſu ſacræ Scripturæ.

contra eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione Scripturarum ſanctarum, aut etiam contra vnanimem conſenſum Patrum, ipſam Scripturam ſacram interpretari audeat, etiam ſi huiuſmodi interpretationes nullo vnquam tempore in lucem edendæ forent. Qui contrauenerint per ordinarios declarentur, & pœnis à iure ſtatutis puniantur. Habemus etiam Neotericorum ſatis erudita commentaria, ex quibus etiam mediocriter docti, vigili ſtudio, atque induſtria, ſenſa ſacra poſſunt elicere, & obſcuriora aliquo ſaltem modo explicare: nam vt benè Sixtus Senenſis obſeruat, varij ſunt modi interpretãdi ſacram Scripturam, nam alius verba tantummodo ſimpliciter explicare proponit, alius ſenſus aliquos reconditos, alij carmine, alij oratione ſoluta paraphraſticè tantum, alij aliter, quare illam ſufficit habere ſcientiam, quæ ad illum explicandi modum, quem quis amplexatus fuerit, requiritur. Vtilis etiam eſt ad ſacræ paginæ intelligentiam. Gentilium Philoſophorum, & Poëtarum lectio, eorum maximè, qui Platonicæ doctrinæ adhærentes, multæ fidei noſtræ accommoda dixerunt, nam quæ ab eis benè dicuntur, tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus facilè erit in vſum noſtrum vendicare. Sicut enim Ægyptij non ſolum habebant Idola, & onera grauia, quæ populus Iſrael deteſtaretur, & fugeret, ſed etiam vaſa, & ornamenta aurea, & argentea, & veſtem, quæ populus ille Dei de Ægypto exiens ipſius Dei iuſſu in vſum meliorem ſibi vendicauit, ſic do-

Sixtus Senenſis Bibl. ſanct. lib. 3.

ctrinæ omnes, & libri gentilium non ſolum continent ſimulachra, & ſuperſtitioſa figmenta, quæ vnuſquiſque noſtrum duce Chriſto fugere, & vitare debet, ſed etiã liberales diſciplinas, & quædam morum præcepta quæ noſtris veritatibus confirmandis accommodata ſunt, & vtilia. Atque hac ratione plures ſanctitate, & doctrina excellentes viri, vt Cyprianus, Lactantius, Victorinus, Optatus, Hilarius, & alij Gentilium Philoſophorum, & Poëtarum doctrinas non raro vſurparunt. Lege Gregorij Nazianzeni Monodiam in Baſilij Magni vitam paulo poſt principium, & eundem Baſilium libro, quomodo legendi ſunt poëtæ, referentem varia, & multiplicia commoda, quæ ex huiuſmodi gentilium librorum lectione Chriſtiani homines poſſunt percipere.

Cyprianus.
Lactantius.
Victorin.
Optatus.
Hilarius.
Greg. Naz. Monod. Baſil. quomodo legendi ſunt poetæ.

Rerum etiam naturalium cognitionem non parum prodeſſe ad ſacrarum Scripturarum intelligentiam docet Auguſtinus dicens: *Nam rerum ignorantia facit obſcuras eſſe figuratas locutiones, cum ignoramus vel lapidum, vel plantarum, vel aliarum rerum naturas, quæ plerique in Scripturis ſimilitudinis gratia ponuntur*, & de Hiſtoriæ cognitione ait idem Auguſtinus: *Quicquid de ordine temporum tranſactorum indicat ea, quæ appellatur hiſtoria, plurimum nos adiuuat ad ſanctos libros intelligendos, etiamſi præter Eccleſiam puerili eruditione diſcatur. Nam & per Olympiadum, & per Conſulum nomina multa ſæpe quæruntur à nobis: & ignorantia Conſulatus, quo natus eſt Dominus, nonnullos coëgit errare, vt putarent*

Aæguſt. de Doct. Chriſtiana lib. 2. cap 16.

Auguſt. vbi ſup. cap. 28.

46. annorum ætate paſſum eſſe Dominum, quia per tot annos ædificatum eſſe templum dictum eſt à Iudæis, quod imaginem Dominici corporis habebat, &c. Et Hieronymus: Ad intelligendas, inquit, externas partes Danielis multiplex Græcorum hiſtoria neceſſaria eſt, &c. Coſmographiæ quoque notitiam, ideſt mundi deſcriptionem tenere, vtile eſſe cenſetur ad intelligentiam ſacræ paginæ: vt noſcamus prouincias, Vrbes, Montes, Loca, Maria, Lacus, & Flumina, quæ in ea ſæpius memorantur.

Hieron. in proœm. commentar. in Daniel.

Scholaſticæ tandem Theologiæ aliqualem notitiam ad ſacræ Scripturæ ſenſuum intelligentiam omnino neceſſariam duco: nam qui ſine ea de ſanctis Scripturis diſſerere, & tractare audent, illis comparari mihi poſſe videntur, qui nauigandi artis prorſus imperiti, maris fluctibus ſe committunt. Sed de his omnibus quinam ſcripſerint, in noſtro Indice vniuerſali ſatis abundè indicauimus. Ex ſelectioribus Hiſtoricis, Scholaſticis, poſitiuis, & patribus, aliquos infra, vbi de vſu ſacræ Scripturæ agemus, adnotabimus.

infra. lib. 2. p. 1. cap. 4.

Præcipuum tamen vniuſcuiuſque ſtudium (in rebus maximè fidei, & morum, vt ſupra diximus) in eo eſſe debet ex patrum ſcriptis, & Conciliorum, Summorumque pontificum Decretis vera ſenſa Scripturarum exquirat, nam (vt Tertullianus ait:) Doctrinam veritatis Deus Chriſto tradidit, Chriſtus Apoſtolis, Apoſtoli ſucceſſoribus ſuis, ita vt poſſeſſio, & vera Scripturarum intelligentia penes Catholicam ſit Eccleſiam. Cum enim, vt Vincentius Lyri-

Tertull. de præſcript. hæret. Vincen. Lyrin. in ſuo Comment.

nensis docet, Scripturam sacram pro sui altitudine, non vno eodemque sensu omnes accipiant, sed eadem eloquia aliter, atque aliter ita interpretentur, vt penè quot sunt homines, tot illius sententię erui posse videantur, &c. ideo necesse est, propter tantos varij erroris anfractus, vt propheticæ, & Apostolicę Interpretationis linea secundum Ecclesiastici, & Catholici sensus normam dirigatur, Conciliorum videlicet decreta, cõsensiones patrum, pontificum definitiones, & similia, non quod verbum Dei ab hominum verbis robur, aut firmitatem accipiat, aut pontifex, vel Concilia, sint supra scripturam, nam (vt idem ait,) *perfectus est Scripturarum Canon, nec eget, vt ei Ecclesiæ iungatur auctoritas*, per quam maiorem certitudinem accipiat, nec ipsum verbum Dei, vt verum sit, Ecclesiæ eget auctoritate, aut pontificis definitione: neque quæstio est inter hæreticos, & Catholicos de Scriptura, vtrum illa vera sit, necne, cum eam verissimam esse tam Hæretici, quàm Catholici fateantur: sed de sensu Scripturæ, & de discretione Scripturarum à veris, & non veris, est omnis controuersia.

Sanè cum Scriptura loqui non possit, nec se ipsam interpretari, diuersitate opinionum in eius intelligentiam exorta, Iudex in Ecclesia esse debet, qui viuus sit, & auctoritatem interpretandi, & definiendi habeat, simulque doceat hanc, vel illam eius interpretationem esse veram, alterã falsam, sicut nec apud politicos in dubiis ipsæ leges iudicant, sed

Iudex cum ſuis aſſeſſoribus ſecundum legum præſcripta. Hic in Eccleſia Iudex Summus eſt Pontifex, cui à Chriſto Domino, in Petri perſona dictum fuiſſe legimus. *Ego pro te rogaui,* Petre, *vt non deficiat fides tua*, ex quo loco deducit Bernardus, Leo, & Innocentius Tertius, ex Cathedra docentem Pontificem errare non poſſe.

Luc. 22. 32.

Bernardus. epiſt. 90. Leo ſerm. 3. de Aſſump. Innoc. Tertius, cap. maiores, de Bapt.

Quare ſicut ſtultum eſſet Iudicibus dicere, vt Codicem in medium proferãt, qui in rebus dubiis iudicet, ita quoq; ridiculi, & pluſquam ſtupidi ſunt, qui in dubiis de fide, & religione ad libros Scripturę ſacrę nudos appellant, aut partibus diſſidentib. ex propoſitis libris cauſæ cognitionem, & concluſionem deferendam arbitrantur. ſanè hi ſicut Ethnici, & Publicani ſunt reputandi, quemadmodum Chriſtus præcipit dum ait: *Si Eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus.* Neque enim, vt Cyprianus ait, aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſchiſmata, niſi quia Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Chriſti cogitatur. quamuis enim ante Eccleſiæ, ſeu Pontificis definitionẽ liceat in rebus dubiis vtramque contradictionis partem abſque periculo hæſeos ſuſtinere; poſtquam tamen pars altera determinata, atque definita fuerit, in dubium amplius eam reuocare non licet; & qui, vt diximus, definitioni Eccleſię obedire noluerit, tanquam hæreticus eſt habendus.

Cypr. lib. 1. epiſt. 3.

Ex Pa-

Ex Patribus, & Neotericis selectiores ad sacrarum Scripturarum sensuum intelligentiam assequendam.

Cap. XVI.

ORigenes Adamantius, qui teste S. Hieronymo, vixit circa annum Domini 226. vsque ad tempora Galli, & Volusiani Imperatorum, doctrinam allegoriis, & Anagogiis refertam, luculenter, & eruditè præbet. Eius opera emendatiora sunt, quæ prodierunt Gilberti Genebrardi Theologi Parisiensis opera, partim cum Græca veritate collata, partim libris recens versis, & à Regia Bibliotheca depromptis aucta, Carolo Nono Francorum Regi ab eodem Genebrardo dicata, Parisiis ex Officina Petri l'Huillier anno 1574. & nouissimè ibidem anno 1604. *Hieronym. de Script. Eccle.*

Hilarius Episcopus Pictauiensis floruit circa annum Domini 340. fuitque S. Athanasio æqualis: sensum magis amplectitur allegoricum, quam literalem, vt patet in eius explanatione Euangelij Matthæi, & Psalmorum. Eius opera, quæ nouissimè causa Parisiis 1605. prodierunt, auctiora sunt, & emendatiora.

S. Ephræm Syrus, qui sub Valente Principe obijt circa annum Domini 365. præter vitam, quam scribit Sanctorum Patriarcharum, & virorum Illustrium veteris Testamenti, Abrahã, Loth, Isaac, Iacob, Ioseph, &c. multa etiam nobis explicat de sacris literis valde proficua,

ad pietatem, & compunctionem iuuandam. Eius opera Gerardus Vossius ex Græco vertit, scholijs illustrauit, ac post annum 1589. Romæ edidit, nouissime autem excusa sunt Coloniæ 1603

S. Basilius cognomento Magnus, qui floruit circa annum Domini 370. tempore Valentis Imp. &, teste Hieronymo, sub Gratiano obijt, fuit in sacrarum literarum interpretatione modestus, grauis, & acutus. Opus Hexameron inter reliqua edidit, quod miris laudibus Gregorius Nyssenus celebrat, illudque S. Ambrosius inter sua de eadem re scripta ijsdem sententijs transtulit. Eius etiam Cõmentarios in Isaiæ prophetiam, quos Erasmus, quia illos Latinitate donauit, nullo modo Basilij esse negat, tanti fecerunt S. Ioan. Damascenus, & Oecumenius, vt ex eis non pauca sint mutuati, alter pro suis contra Iconomachos libris, alter pro suis explicationibus capitis tertij epist. 1. ad Corinthios. Editio huius operum postrema Parisiensis anni 1603. auctior est & expurgatior.

Hier. vbi supra.

Greg. Nyss Ambros.

Io. Damasc. Oecumen.

S. Gregorius primum Sasimorum, deinde Nazianzenus Episcopus, qui post Io. Euangelistam Theologi cognomen obtinuit, puteus profundus, vas electionis, & os Christi à Basilio dictitatus, ipse solus tantæ ob suam eruditionem apud omnes auctoritatis est habitus, vt (sicut Ruphinus ait) de eius fide, ne dissidentes quidem inter se, vt fieri solet, partes, & studia disputare potuerint, sed id obtinuerit apud Deum, & Ecclesias Dei meriti, vt

quicunque ausus fuerit doctrinæ eius in aliquo refragari, in hoc ipso quia ipse magis sit hæreticus arguatur, manifestum namque iudicium est, non esse rectæ fidei omnem, qui in fide Gregorio non concordat. Quare expositiones sacræ Scripturæ ab ipso editas, inoffenso quis potest percurrere pede, & absque erroris nota. Nam licet illud, quod de creatione Angelorum ante mundum corporeum, & de eorum corporeitate docuit, nunc aliqua non careat temeritate, tunc tamen probabile censebatur. Floruit sub Valente, & teste S. Hieronymo, obijt anno 11. Theodosij, circa annũ Domini 370. Eius operum editio omnium defæcatior est Parisiensis anno 1583. ex versione Bilij, cum eiusdem notis, quam sequuta est vltima editio item Parisiensis 1612 *Hieronym. de descript. Eccles.*

5. Ioannes, ob aureum eloquentiæ flumen, dictus Chrysost. qui Arcadij Imp. tempore floruit circa annum Domini 400. sensui literali potissimum, germane, & apposite inhæret, mysticum raro adhibet, multos tamen profert sensus ad mores formandos aptissimos. In epistolas Pauli homilias edidit, tanta eruditione refertas, vt multi ab Apostolo ipso dictatas censeant. Homilias etiam eius in Io. Sanctus Thomas Aquinas pluris facit. *In omnibus autẽ operibus suis*, vt Anianus ait, *illud quasi peculiare custodit, ac proprium, quod cum semper sollicitus sit, semper vigilans, & noxij fluporis inimicus, nusquam tamen eius oratio in pompam eleuatur dicentis, sed tota ad vtilitatem aptatus audientis. Est enim stylus ipse Ecclesiæ auribus-* *S. Thomas Aquin. Anianus.*

accommodatus, priſcum illud, ſed eruditum dicendi genus exprimens, medius, æqualis, maturus, pudicus, alienus ab omni incuria culpa, pompaque luxuria, non ſqualidus quidem, nec tamen floridus, non impolitus, ſed neque nimia ſubtilitate limatus, non aſperitate horridus, nec tamen amœnitate laſciuus, maximam vbique copiam, admirabilemque indicans facultatem nuſquam tamen ambitionem. Hæc, & plura de eo Antanus. Operum huius Doctoris auctior, & emendatior editio eſt Pariſienſis anni, 1614.

Hieron. de Script. Eccl. S. Hieronymus clariſſimus Eccleſiæ Doctor, qui floruit (vt ipſemet in Catalogo Scriptorum teſtatur) Theodoſij Imp. temporibus, *Baron. to. 3.* ex Hebraicis, Græcisque fontibus Hiſtoriam ſacram ad literam adeo illuſtrauit, vt in exponendis ſacris Scripturis Doctorem maximum illum appellet Eccleſia in oratione eius feſti. Græcam, Chaldæam, & Latinam linguam nō minus, quam maternam calluit, Philoſophos omnes diligentiſſimè peruoluit, Gregorium Nazianzenum habuit præceptorem, eoque magiſtro tantum profecit, vt Rom. Pont. Damaſus, S. Auguſtinus, Paulinus, & alij viri doctiſſimi eum tanquam oraculum conſulerent. *Sixtus Senenſis. Marius Victorinus. Poſſeuin. & Bellarm. de Script. Eccl* Quæ vero inter eius opera aliena circumferantur, docuit Sixtus Senenſis in ſua Bibliotheca, Marius Victorinus, in eiuſdem operib. Poſſeuinus in ſuo apparatu, & nouiſſimè omnium Illuſtriſſ. Card. Bellarminus. Certè eruditum, & diligentem in ſuis ſcriptis poſtulat Lectorem, quia dum ſine diſcrimine ſuis miſcet aliena, aliorum erroribus aliquando con-

ſentire videtur, alibi inter ſua opera refutatis, vt ipſemet in prologo ſuo in Ieremiam admonet ſuis ſatisfactum volens calumniatoribus. Videat igitur (vt Franciſcus à Meſſana admonet) qui Hieronymum legit, quos ille ſequatur auctores, quod ex Proœmio cognoſcet, & cum inuenerit aliquid, quod Origenis errores, aut Apollinarij, aut Didymi ſapiat, etiam ſi ille non reijciat, ſciat non eſſe Hieronymi, in quo multi errantes ea illi tribuũt interdum, quæ ipſe execrabatur. Obijt Honorio imperante anno Domini 442. ætatis ſuæ anno 91. ex Chronico S. Proſperi, vel vt placet Card. Baronio anno Domini 420. ætatis ſuæ 78. Eius opera Marius Victorinus recenſuit, & correctiſſimè cudi Romæ curauit: ſecundus tamen rerum index in eis, qui eſt operum, quæ non cenſentur eſſe Hieronymi, nunquam, aut raro fideliter citat, vnde (ni fallor) meliora cenſentur, quæ Pariſiis impreſſa ſunt apud Sebaſtianum Niuellium anno 1579. & quæ poſt illa ibidem 1609. cum notis Henrici Grauij.

Hieron. in prolog. in Ierem.

Franciſcus à Meſſana.

Proſp. in Chron.

Baron. to. 2.

S. Auguſtinus Epiſcopus Hipponenſis, Tegaſte in Africa natus, qui floruit circa annum Domini 420. & vt habet Proſper in Chronicis obijt anno Domini 433. multa ſcribit, quæ pleraque recenſet Poſſidius in ſuo Indiculo. Huius maximi Doctoris ſtylus, vt notat Sixtus Senenſis, eſt aliquanto parcior, & apertior, magiſque accommodatus ad allegoricas, & morales explanationes, in quibus propter aures imperitæ multitudinis, ſæpe ſe vſque ad barbariſmum demittit. Illud frequenter di-

ctum in ore habens. *Malo, vt me reprehendant grammatici, quàm non intelligant populi, eligens magis in barbarismis, etiam damnantibus Grammaticis intelligi, quàm in mea desertudine auditores deserere.* Sed tamen in pleriſque operibus diſertus, elegans, & acutus eſt, quo ſtylo inſigne opus in Plalmos conſcripſit, eruditione, & pietate refertũ. Eius opera caſtigatiſsimè edidit cum cenſura Doctorum Louanienſium Antuerpiæ Chriſtophorus Plantinus, & deinde Pariſijs, & Lugduni alij alijs temporibus: quæ tamen vltimis curis auctiora, & emendatiora Pariſijs prodierunt, magis laudantur.

S. Cyrillus Epiſ. Alexãdrinus, qui floruit circa annum Domini 430. Imp. Theod. Iunio ſcripſit in Geneſ. explanationũ lib. 11. in Leuiticũ 16, in Iſa. 5. in Eu. S. Io. in quibus ſenſus myſticos & literales mira pietate refertos ſub miniſtrauit literales tãtum in Iſa. Eius opera duobus tomis diſtributa pariſijs 1604 edita ſũt.

Bellarm. Theodoretus æqualis fuit, vt ait Card. Bellarminus, S. Cyrilli, & aliquando etiam aduerſarius, vt notum eſt ex Concilio Epheſino. *Cõc. Epheſ. & Chalcedonenſ.* Quamuis autem Neſtorio fauerit initio controuerſiæ, tamen poſtea reſipuit, & Neſtorium inter hæreticos numerauit in libro de fabulis hæreticorum, & in Concilio Chalcedonenſi admiſſus inter Catholicos fuit. Quia non rarò Iudæorum ſententijs adhæret, prudentem, & cautum requirit Lectorem. Plurima in ſacram Scripturam cõgeſſit Comentaria, quorum duo extant volumina, vltimis curis aucta, & recuſa Pariſijs 1603.

S. Gregorius Papa Magnus meritò appellatus, & ab Honorio Organum Spiritus ſancti, qui floruit Iuſtini, Mauritij, & Phocæ temporibus, & anno 14. Pontif. ſui, ſalutis autem 604. obijt, ex hiſtoriæ ſacræ verbis, tamquam ex ſuis fontibus copioſos anagogiæ, & allegoriæ riuulos in ſuis explanationibus deduxit, poſt ſenſus vero allegoricos ſemper ad Eccleſiæ ædificationem in exercitium moralitatis inclinat, tantaque eloquentia de virtutibus, & vitijs loquitur, vt merito credi poſſit non ſolum viſibili, ſed etiam inuiſibili illuſtratione illuminatus fuiſſe. In eo. in quo docet pueros ſine baptiſmo decedentes perpetuis tormentis puniri, intelligi debet cum S. Tho. de perpetuis tormentis, & ignibus priuationis, ſeu carentiæ diuinæ viſionis, quam talibus compellat nominibus, in deteſtationem erroris Pelagij, qui pueros nullo originali peccato commaculari docuit. Huius ſancti viri opera doctiſſimorum virorum labore cum antiquis originalibus collata prodierunt Romæ in forma parua anno præterito 1613.

Honor. de Scrip. Eccleſ.

Greg. lib. 9. moral. c. 16 S. Tho. quæſt. diſp. de pœnit. pecc. orig. art. 2.

S. Beda dictus Venerabilis natione Angloſaxus nonagenarius die Aſcenſionis inter diſcipulorum manus ſpiritum Deo reddidit anno Domini 762. Tanti eius opera etiam eo viuente ſunt habita, vt in Eccleſijs publicè legerentur. Multos in ſenſu literali, & multos in ſenſu myſtico ſacros libros expoſuit. Eius opera poſtremis curis emendata, & notis aucta edidit Gymnicus Coloniæ.

Gloſſa ordinaria in totam ſacram Scriptu-

ram, quæ auctorem habuit Strabum Fuldenſem Monachum Rabani diſcipulum ex magiſtri operibus, circa annum Domini 840. & Interlinearis Anſelmum Laudunenſem Scholaſticum S. Anſelmi Cantuarienſi æqualem, frequentiſſima eſt in allegoriis, & habetur cum doctiſſimorum virorum obſeruationibus, & Lyrani commentariis in vtrumque Teſtamentum nullo pacto, tyronibus contemnendis, quibus etiam maior adhiberetur fides, ſi aliquando non adhærerent Iudaicis figmentis, nec vellicaſſent tranſlationem vulgatam. Prodiit Lugduni, & Venetiis anno Domini 1590. & propediem (ſi catalogus nundinalis vera nuntiat) nouis curis aucta prodibit in Germania.

Haymo Epiſcopus Halberſtatenſis diſcipulus quondam Alcuini, vixit circa annum Domini 850. Flores legit ex Sanctis Patribus Allegoricos, & Anagogicos in Pſalmos, Epiſtolas Pauli, Prophetas, Cantica Canticorum, & Apocalypſim, vt ſuis locis libro tertio adnotatur.

Oecumenius Græcus breui, & aperta explicatione, ex veterum laboribus commentarios in multos ſacrorum Bibliorum libros collegit, quibus etiam ſuas addidit annotationes. Incertum quo tempore floruerit. Eius opera nondum (quod ſciam) in vnum corpus ſunt redacta, idcirco ſumenda prout haberi poterunt. Latinè reddidit ex eis nonnulla Hentenius, quamquam (vt oſtendit Poſſeuinus) non omnino rectè.

Theophilactus (vt ex eiuſdem epiſtolis oſtendit Baronius Card.) vixit tempore Alexandri Papæ Secundi, & Romani Diogenis Imperatoris circa annum Domini 1071. ſcripſit in aliquos ex Prophetis minoribus, & in nouum Teſtamentum, quæ ab Chryſoſtomo eloquẽter fuerunt dictata, in compendium iuxta literalem ſenſum redigens, & ex aliis auctoribus addens allegorias non contemnendas.

S. Anſelmus Italus Archiepiſcopus Cantuarienſis floruit tempore Vrbani Secundi, circa annum Domini 1081. inter cuius opera vltimis etiam curis anno 1613. edita, & aucta integro tomo, feruntur commentarij in Matthæum, iuxta ſenſum literalem, allegoricum, & moralem, & interpretationes in epiſtolas Pauli multa, & mira eruditione refertæ, de quibus ſuo loco.

Rupertus in diuinis literis doctiſsimus, vixit tempore Paſchalis Secundi, circa annum Domini 1111. ſacros libros, maximè in allegorico ſenſu explicuit. Cautè legendus, vbi tractat de Euchariſtia. Vide Bellarminum Cardinalem. Eius operum editio auctior, & emendatior eſt Colonienſis anni 1602.

Euthymius Zigabenus Monachus, qui vixit circa annum Domini 1118. Alexio Comneno Imp. vt ipſemet teſtatum reliquit initio ſuæ Panopliæ, ex variis Patrib. breues edidit commentarios in Pſalmos in ſenſu literali, nec omiſit omnino ſpiritualẽ. Eius opera auctiora, & emẽdatiora ſunt, quæ excuſa ſunt Pariſiis.

Poſſ. in appar. Bellarm. de Script. Eccl. & lib. 3. de Euch. ca 11. & 15.

S. Bernardus Abbas Clareuallenſis maximè floruit tempore Innocentij Secundi, anno Domini 1130. Vir fuit ſanctiſſimus, & in ſcribendo, eloquentiam, vt aiunt, mellitam habuit, vtile dum dulci miſcet, & feruet in ſenſibus myſticis indagãdis, & moribus reformandis. Eius opera cum ſuis cenſuris, terniſque indicibus prodierunt pariſiis 1609.

Hugo de S. Victore Saxo Monachus, & Abbas S. Victoris, floruit eo tempore, quo S. Bernardus circa annum Domini 1150. Varia tam ſenſu literali, quam myſtico ſcripſit, digna vt conſulantur. Eius opera tribus tomis diſtincta, edita ſunt Venetiis anno 1588. in qua editione ea adnotantur, quæ eiuſdem Hugonis non cenſentur germana.

Hugo Carenſis ex Ordine Prædicatorum, ab Innocentio Quarto in ordinem Cardinalium redactus, vixit circa annum Domini 1245. Scripſit poſt illas in vniuerſa Sacra Biblia, quas tamen in Pſalmos habuit Alexandro Alenſi alij tribuerunt, antiquiora tamen exemplaria, quę vidi, nomen Hugonis præferunt.

S. Thomas Aquinas Italus Ordinis Prædicatorum, doctrina, & ſanctitate illuſtris, qui floruit circa annum Domini 1265. à teneris annis Scholaſticis exercitiis deditus fuit, ex quibus magnum Catholicæ Eccleſiæ emolumentum proueniſſe nemo eſt qui dubitet. Sine linguæ Hebrææ, aut Græcæ cognitione (quod valde mirabile eſt) in ſacræ Scripturæ interpretatione adeo excelluit, vt omnes penè ſenſus, & literales & myſticos, veſtigiis Patrum

inhærens, aſſequutus fuiſſe videatur. Operum eius purior, & emendatior editio eſt Romana: Summæ Textus, Antuerpienſis: Catenæ in quatuor Euangelia, quæ citatos habet in margine Patres, Pariſina.

Nicolaus Lyranus, qui ex Iudaiſmo ad fidem Chriſti conuerſus, Ordinem Minorum aſſumpſit, ſcripſit commentaria in vniuerſa Biblia, de quibus ſupra, dum de Gloſſa ordinaria verba fecimus, ſatis dictum. Floruit circa annum Domini milleſimum trecenteſimum vigeſimum.

Alphonſus Toſtatus Hiſpanus Epiſcopus Abulenſis, qui vixit circa annum Domini 1440. tempore Eugenij Papæ Quarti, tantam omnium rerum copiam ſuppeditat, adeoque ingentem cumulum quæſtionum ſoluit in libros ſacræ Scripturæ, quorum maximam partem eſt commentatus, vt plura nemo quærat. Vndè Card. Bellarmin. merito de eo ſcriptum fuiſſe refert: Hic ſtupor eſt mundi, qui ſcibile diſcutit omne: Et (quod magis mirandum eſt) breuiſſimo tempore, cum non niſi annos quadraginta vixerit. Eius operum emendata quidem editio eſt Veneta, cui etiam copioſiſſimus additus eſt index, ſed nouiſſimè anno præterito 1613. Coloniæ recuſa emendatior prodiit. Extant in noſtræ Congregationis Oratorij Romani Bibliotheca eiuſdem Comment. in Euſebium, de quibus collector operum eiuſdem in editione Veneta tomo 1. hæc habet: *Commentaria in librum Chronicorum Euſebij, quem paſſim citat in Commentariis in Gene-* *Bellarm.*

sim, in quo præsertim de supputatione, ac diuisione temporum, &c. Hunc librum ferunt patria lingua scripsisse.

Dionysius Cartusianus natione Belga, qui vixit circa annum Domini 1450. ex variis auctoribus super vtrumque Testamentum, iuxta triplicem sacræ Scripturæ sensum, præcipuè literalem, selectiora delegit, & ita in suis commentariis disposuit, vt digna sint lectione studiosorum. Eius opera omnia edita sunt Coloniæ, sed variis temporibus, vnde multa eorum exemplaria iam defecerunt, & difficilè haberi possunt.

Thomas de Vio patria Caietanus, qui ex Magistro Generali Ord. Prædicatorum à Leone X. Cardinalis est factus, scripsit commentaria in vtrumque Testamentum subtilia, & vera, vbi vulgatam editionem explicuit, in multis tamen à Catharino, in libro, quem aduersus illum edidit, carpitur; vixit circa annum Domini 1500. Eius opera variis temporibus Romæ, & alibi fuerunt edita.

Alios ex selectioribus neotericos, qui sigillatim in libros veteris, ac noui Testamenti scripserunt, indicabimus infra in huius libri secunda parte, vbi de singulis sacrę Scripturæ libris in particulari verba faciemus.

Ex his tamen mihi selectioribus præcipui sunt ij, de quibus Sixtus Senensis his versibus:

Sixtus Sen. in sua Biblioth. lib. 2.

Historiam Hebræis, & Græcis fontibus hausiam
Hieronymo discas duce.

Allegoriam, Anagogiamque recludent
Origenes, Ambroſius.
Exponent ſenſus formandis moribus aptos
Chryſoſtomus, Gregorius.
In dubiis, altaque locis caligine merſis
Aurelius lucem feret.
At breuis, & facilis non eſt ſpernenda tyroni
Lyrenſis expoſitio.



DE SACRA SCRIPTVRA.

LIBRI PRIMI.

PARS SECVNDA.

De singulis sacræ Scripturæ libris Canonicis Veteris, ac Noui Testamenti, & de aliquibus ex selectioribus, qui in illos scripserunt.

Cap. I.

SACRÆ Scripturæ libri Canonici illi dicuntur, quos veros, atque probatos in certum ordinem, ac numerum Ecclesia sancta redegit, quales sunt Veteris, ac Noui Testamenti libri, illi scilicet, quos Spiritus sanctus ante, & post Christi Incarnationem dictauit. Cum enim sacra Scriptura, vt libris scripta, sibi ipsi testimonium dare non possit, quod in his, & non in aliis libris contineatur, nec ex se ipsa possit dicere hanc, aut illam versionem, vel interpretationem librorum suorum, esse veram, alteram falsam; Ecclesia sancta, columna, & firmamentum veritatis (cuius

1. *Tim* 3. 15. *Ephes.* 1. 22. & 5. 23. *Colos.* 1. 18. *Matt.* 18. 18. *Ioan.* 16. 16.

caput, à quo gubernatur, & custoditur, est Christus, à quo etiã Spiritum sanctum continuum omnis veritatis Doctorem accepit) non solum veram versionem, vt supra vidimus, sed etiam nouissimè in Concilio Tridentino omnes sacros libros suscipiendos, tamquam à Spiritu sancto dictatos indicauit his verbis: *Sacrosancta Oecumenica, & Generalis Tridentina Synodus, &c. Omnes libros tàm veteris, quàm Noui Testamenti, cum vtriusque vnus Deus sit Auctor, necnon traditiones ipsas, tum ad fidem, cum ad mores pertinentes, tamquam vel ore tenus à Christo, vel à Spiritu sancto dictatas, & continua successione in Ecclesia Catholica conseruatas, pari pietatis affectu, ac reuerentia suscipit, & veneratur.* Sacrorum verò librorum Indicem sic adscribit: *Ne cui dubitatio suboriri possit quinam sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur, sunt verò infra scripti. Testamenti Veteris quinque Moysis, id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iosues, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Esdræ primus, & secundus, qui dicitur Neemias, Tobias, Iudith, Esther, Iob, Psalterium Dauidicum* 150. *Psalmorum, parabolæ, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Ieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim prophetæ minores, id est, Oseas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorũ, primus, & secundus. Testamẽti Noui quatuor Euangelia, secundũ Matthæum, Marcum, Lucã, & Ioannem, Actus Apostolorum à Luca Euangelista conscripti, quatuordecim Epistolæ Pauli Apostoli,*

Trid. Syn. sess. 4. in decret. de Canon. Script.

Can. Apost. 84. Innocen. 1. epist. 3. c. 7. Gelas. 1. in epist. sing. Conc. Laod. cap. 59. Conc. Cart. 3. cap. 47. S. Romana d. 15. Conc. Flor. ad fin.

ſcilicet, ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, duæ ad Theſſalonicenſes, duæ ad Timoth. ad Titum, ad Philemonem, ad Heb. Petri Apoſtoli duæ, Io. Apoſtoli tres, Jacobi Apoſtoli vna, Iudæ Apoſtoli vna, & Apocal. Io. Apoſtoli. Hæc Trident. Synodus. Veteris tamen Teſtamenti Canon, ſeu librorum ordo, à ſactis Doctoribus in quatuor claſſes diuiditur, nempè, Legalium, Hiſtorialium, Sapientialium, & Prophetalium. Legales ſunt libri quinque Moyſis, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium. Hiſtoriales ſunt octo, videlicet, liber Ioſue, Iudicũ, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon duo, Eſdræ primus, & ſecundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Iudith, Eſther, Iob, & duo Machabæorum. Sapientiales (qui ſcilicet ad doctrinam virtutum, quas populus Dei in vita, ac moribus obſeruare debet, pertinẽt) ſunt quinque, videlicet, Prouerbia Salomonis, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus. Prophetales, ſeu Prophetici, ſunt, qui continent vaticinia Prophetatum, omnes numero 18. (ſi Baruch à Ieremia ſeiungatur) videlicet, Pſalterium Dauidis, Prophetia Iſaiæ, Ieremiæ cum Baruch, Ezechielis, Danielis, Oſeæ, Ioelis, Amos, Abdiæ, Ionæ, Micheæ, Nahum, Habacuc, Sophoniæ, Aggæi, Zachariæ, Malachiæ. Noui vero Teſtamenti libri legales ſunt quatuor Euangelia, videlicet, Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis, Hiſtoriales vnicus eſt, qui Acta Apoſtolorum inſcribitur. Sapientiales, quibus hominum fidelium mores inſtruuntur,

instruuntur, sunt Apostolorum epistolæ omnes numero 21. videlicet, Pauli quatuordecim, ad Romanos vna, ad Corinthios duæ, ad Galatas vna, ad Ephes. vna, ad Philippenses vna, ad Coloss. vna, ad Thessalonicēses duæ, ad Timotheum duæ, ad Titum vna, ad Philemonē vna, ad Hebræos vna: Petri Apostoli duæ, Ioannis Apostoli tres, Iacobi Apostoli vna, Iudæ Apostoli vna. Prophetalis liber vnus est, videlicet, S. Ioannis Apocalypsis. Alias diuisiones vtriusque Testamenti ex variis auctoribus collectas, si placet, videre potes apud Georgium Edetum in sua Oeconomia Bibliorum. De libris autem non Canonicis, quos veteres habuerunt, agit fusius Card. Bellarminus tom. 1. controuersia Generali 1. lib. 1. cap. 10. In hos singulos noui, & veteris Testamenti libros, in vniuersum scripserunt.

Geog. Edenus in Oeconom. Bellar. to. 1. contr gen. 1. lib. 1. cap. 10

Strabus Fuldensis Monachus, Glossam ordinariam.

Hugo Carensis ex Ordine Prædic. S. R. E. Card. postillas.

Nicolaus Liranus Ord. Min. S. Francisci Commentaria.

Dionysius Cartusianus enarrationes.

Thomas de Vio ex Magistro Generali Ord. Prædicat. S. R. E. Card. commentaria, de quibus omnibus supra lib. 1. par. 1. cap. 16.

Scripsit etiam in eos omnes Emanuel Sà Societatis Iesu, breues quidem, sed non contemnendas notationes.

De quinque libris Moysis, siue Pentateucho.

Cap. II.

PEntateuchus vox est Græca, quæ volumen quinque librorum significat, à πέντε, quod est quinque, & τεῦχος, quod est volumen, videlicet liber Geneſis, Exodi, Leuitici, Numerorum, & Deuteronomij, de quibus ſuis locis, ab Hebræis תורה Thora, hoc eſt lex, à ſacris vero literis, liber legis Domini, ſeu volumen legis Moyſis appellatur. Conſcriptus eſt Hebraicè à Moyſe Propheta ſanctiſſimo, & vetuſtiſſimo, & primo inter ſcriptores Ecclesiaſticos, nato, ſecundum Cardinalis Bellar. computum, anno bis milleſimo quadringenteſimo tertio ab initio mundi. Is verbo, & opere potens (vt ait S. Steph. in Actis Apoſt.) & eruditus in omni ſcientia Aegyptiorum anno octogeſimo vitæ ſuæ, ſuſcepit iuſſu Dei principatum Hebræorum, id eſt anno mundi 2483. & ex Aegypto eduxit, rexitque, vt patet in Exodo, annos quadraginta. Eius vitam miraculoſam, formam præcellentem, mores heroicos, ſtudia præclara, ſapientiam ſingularem, rerum gerendarum dexteritatem inauditam, ac vitam omnibus numeris abſolutam, ſacræ literæ ſingulariter explicant. Collegit in eo hiſtoriam ab initio mũdi vſque ad annum centeſimum, ac vigeſimum ætatis ſuæ, vltimum ſuæ vitæ, hoc eſt vſque ad annum poſt orbem conditum bis milleſimum

Bellarm. de Script. Eccl.

quingenteſimum vigeſimum tertium. Octo tamen poſtremos verſus, ab eo videlicet loco: *Et mortuus eſt Moyſes, &c.* vſque in finem totius voluminis, Ioſue poſt mortem Moyſis ſuppleuiſſe creditur: tametſi Ioſephus aſſerat, Moyſem mox moriturum, ſe ipſum in eius fine mortuum deſcripſiſſe, veritum, ne propter excellentes virtutes ſuas, Iudæi ſe à Deo raptum prædicarent. In hoc quinque librorum volumen ſcripſerunt ex ſelectioribus neotericis.

Hieronymus ab Oleaſtro Ordinis Prædicatorum, qui obijt anno Domini 1563. tomum vnum commentariorum literalium, & moralium Lugduni cum Indice rerum 1588.

Seraphinus Capponus à Porrecta Ord. Prædicat. tomum vnum veritatum aurearum ſuper legem Veterem, tum literalium, tum myſticarum, per modum concluſionum è ſacro textu non negligenter exceptarum. Venetiis 1590. quo anno viuebat.

Petrus Vincentius de Marzilla Congregationis Benedictinæ Hiſpaniarum Magiſter Generalis tomum vnum, ſeu paraphraſim intertextam editioni vulgatæ, cum annotationibus literalibus ad ſingula quæque capita, Salmanticæ 1610. quo anno viuebat.

De libro Geneſis.

Cap. III.

GEneſis liber eſt veteris Teſtamẽti primus, in quo propoſita habemus, omniũ rerum

creatarum primos natales, hominis lapſum, fœdus, & reſtitutionis promiſſionem, magnitudinem Diuinæ iuſtitiæ, & erga Eccleſiam amorem, & in ea extruenda, regendaque ſolicitudinem, Terræ diluuium, linguarum, & gentium diuiſionem, & Patriarcharum res geſtas, vſque ad obitum Ioſeph: Hiſtoriam annorum plus duorum millium, & ducentorum. Hebræi, ritu patrio, à prima libri voce eum בראשית Bereſchit, Septuaginta à materia, de qua agit γένεσιν vocant. Latini idem nomen retinẽt, quo ſignificatur rerum omnium creatarum generatio. Latinè accepto vocabulo, vt etiam creationem propriè dictam includant. Ex neotericis ſelectioribus in hunc librum ſcripſerunt.

Gulielmus Hamerus Ord. Prædicatorum tomum vnum Commentationum vtilium, & lectu iucundarum. Dilingæ 1564. quo tempore viuebat.

Benedictus Pererius Societatis Ieſu, qui obijt anno 1611. tomos quatuor comment. & diſputat. primum à cap. primo ad 5.

Secundum à cap. 5. ad 12.

Tertium à cap. 12. ad 25.

Quartum à cap. 25. ad 50. Romæ variis temporibus, deinde Lugduni, & Venetiis: demum pluries Coloniæ.

Martinus Delrius Societatis Ieſu, tomum vnum comment. inſcriptum, pharus ſacræ Sapientiæ. Lugduni 1608. quo anno viuebat.

Ludouicus Yſtella Ord. prædicatorum, &

Sacri palatij Apoſtolici Magiſter, qui adhuc viuit, tomum vnum Comment. in parengraphamexpoſitionum, & in ſcholia diſtributorum. Romæ apud Stephanum paulinum 1601.

De libro Exodi.

Cap. IV.

VOcant hunc librum Hebræi שמות ואלה Veele Semoth, id eſt, & hæc ſunt nomina, quod eo modo in Hebræo incipiat, Græci vero Ἔξοδος, Exodus, Latini exitus, quod in eo exitus filiorum Iſrael ex Ægypto deſcribatur. Continet geſta annorum centum, & quadraginta ſex, à morte videlicet Ioſeph, vſque ad conſtructionem Tabernaculi in deſerto, narrat Ægyptiorum plagas decem, Decalogum, cum myſticis, & diuinis præceptis. Ex ſelectioribus neotericis in hunc librum ſcripſerunt.

Benedictus pererius Societatis Ieſu tomum vnum ſelectarum diſput. à cap. primo vſque ad 15. Venetiis 1601. & Lugduni 1612.

Io. Nondin Franciſcanus tomũ vnum comment. à cap. primo vſque ad 15. inſcriptum, Victoria Hebræorum aduerſus Ægyptios. prodijt poſt mortem auctoris. Lugduni 1612.

Ludouicus Yſtella Ordinis prædicatorum, & Sacri palatij Apoſtolici Magiſter, tomum vnum comment. in parengraphamexpoſitionum, & in ſcholia diſtributorum. Romæ 1601.

De libro Leuitici.

Cap. V.

HEbræi, ritu patrio, à prima libri voce vocant hunc librum ויקרא Vaicra, id eſt, & vocauit. Græci Λευϊτικον. Latini Leuiticum, quod de ſacrificiis ad Leuitas ſpectantibus, & de ipſis Leuitis, & Sacerdotibus, eorumque agat potiſſimum functionib. Oſtenditur in illo, quo ritu, quo pacto Hebræi ſacrificia de ouibus, capris, & auib. facere, & quomodo animo, & corpore, id eſt, non ſolum internis actibus, ſed etiam externis, & rebus ſenſibilibus, Deum colere deberent. Continet vnius menſis hiſtoriam, hoc eſt, ab erectione Tabernaculi in deſerto, vſque ad numerationem eorum, qui apti erant ad bellum. Recenſentur in eo, ait Hieronymus, ſingula ſacrificia, imo ſingulæ penè ſyllabæ, & Veſtes Aaron, & totus ordo Leuiticus ſpectans ad cœleſtia ſacramenta. Scripſit in hunc librum ex neotericis ſelectior.

Hieron. ad Paulinum.

Ioan. Lorinus Societatis Ieſu, qui adhuc viuit, tomum vnum commentariorum, varia eruditione & moralitatibus refertum, qui adhuc ſub lima auctoris non excuſus degit: dabit tamen, Deo fauente, propediem, & communibus deſideriis fiet ſatis.

De libro Numerorum.

Cap. VI.

VT ſuperiores libros, ita hunc Numerorum Hebræi à primis dictionibus וידבר Vaie dabber, appellant, id eſt, & locutus eſt, Græci vero Ἀριθμοί Numeri, quod in eo fiant numerationes Populi, Primogenitorum, Leuitarum, & Manſionum, licet enim in eo agatur etiam de præceptis ceremonialibus, & Iudicialibus, de ceremonialibus tamen ſpecialius in libro Leuitici, & de Iudicialibus in libro Deuteronomij, vbi tota lex reperitur. Continet narrationem 38. annorum, menſium nouem, & dierum viginti, hoc eſt, à prima die ſecundi menſis, anni ſecundi egreſſionis de Aegypto, vſque ad manſionem in campeſtribus Moab ſuper Iordanem, vbi poſtea mortuus eſt Moyſes. In hunc librum.

Nullus, quod ſciam, exactè ſcripſit adhuc, præter notatos ſupra Patres, & Commentatores in totam ſacram Scripturam.

De Libro Deuteronomij.

Cap. VII.

A Prima libri voce, vt de aliis diximus, Hebræi hunc librum ואלה הדברים Velle hadde varim, appellãt. i. Hæc ſunt verba Græcè

Δευτερονόμιον, Deuteronomion, vel Deuteronomon, quod Latinè Interpretatur ſecunda lex, hoc eſt, lex ſecundo, ſeu altera vice repetita: eadem enim lex hic deſcribitur, quæ iam in Exodi. Leuitici, Numerorumque libris digeſta fuerat, ita tamen in eo Moyſes procedit, vt obſcura declaret, præhabita breuiter replicet, & omiſſa ſuppleat, auribuſque Iſraelitarum inculcet. Enarrat facta menſium duorum, nouiſſimi anni vitæ Moyſis, in campeſtribus Moab, quæ vero de eiuſdem Moyſis obitu in eo deſcripta habentur, à Ioſue creduntur appoſita, qui librum ante ingreſſum terræ promiſſionis abſoluit, vt primum audiuit illam Domini vocem ſolatio plenam. *Sicut fui cum Moyſe, ita ero tecum.* In hunc librum, ſicuti nec in ſuperiorem. Ioſue 1.5.

Nullus, quod ſciam, exactè ſcripſit adhuc, præter notatos ſupra Patres, & Commentatores, in totam ſacram Scripturam.

De libro Ioſue.

Cap. XVIII.

IOſue Hebraicè יהושע Iheoſciuah, Græcè Ἰησους Ναυή, ſacrę Scripturæ liber ſic dictus, quod eiuſdem Ioſue, ſeu Ieſu Naue, in quo fuit Spiritus Dei, mira geſta quadraginta annorum, in quibus populum iudicauit, contineat, ab ipſomet Ioſue, teſte Magiſtro hiſtoriæ Scholaſticæ, & Io-

Driedone, poſt mortem Moyſis conſcriptus: a quo etiam hiſtoria tranſitus filiorum Iſrael per Iordanem, eorumdem ingreſſus in terram promiſsionis, ſubuerſio Regnorũ impiorum, diuiſio terræ ſanctę, & alia plurima deſcribuntur, quibus etiam Eſdram multa adieciſſe fama eſt. Finem huic libro à morte Ioſue Samuelem impoſuiſſe multis placet. Ex ſelect. Neoter. in hunc librum ſcripſerunt. *Petr. Comeſtor. Ioan. Dried.*

Andreas Maſius tomum vnum illuſtrationum, ac explicationum, Antuerpiæ ex Officina Plantiniana 1574. quo anno viuebat.

Nicolaus Serarius Societatis Ieſu, qui viuebat anno 1608. tomos duos cõmentariorum, & quæſtiõnum, primum à cap. 1. ad 5. ſecund. à cap. 6. vſquo ad 24. Moguntiæ 1610. & Pariſijs 1611.

Coſma Magalianus Societatis Ieſu, qui adhuc viuit, tomum vnum commentariorum Turnoni ſumpt. Horatij Cardon. 1612.

De Libro Iudicum.
Cap. IX.

INſcribitur hic liber Hebraicè Sophetim שופטים Græcè κριται, id eſt iudices, quia geſta tredecim Iudicum, eorum ſcilicet, qui rerum ſummam, clauumque in Iſraele tunc tẽporis tenuerunt, cõtineat, videlicet, Othonielis, qui iudicauit annos 40 de quo cap. 3. Ahod ambidextri, qui iudicauit annos 80. de quo eodem cap. 3. Samgaris filij Anath, qui annum vnum iudicauit, de quo item eodem

capite. Deboræ, & Barac filij Abineoëmi, qui iudicauit annos 40. de quo cap. 4. Gedeonis, seu Ierobaal, qui iudicauit annos 40. de quo 6. 7. & 8. Abin elech filj Gedeonis ex concubina, qui iudicauit annos 3. de quo cap. 9. Tholæ filij Phuæ, qui iudicauit annos 23. de quo cap. 10. Iuris Galaaditis, qui iudicauit annos 22. de quo eodem cap. 10. Iephte Galaaditis, qui iudicauit annos 6. de quo cap. 11. Abesam Bethleemitæ, qui iudicauit annos 7. de quo cap. 12. Ahialonis Zabulonitis, qui iudicauit annos 10. de quo eodem cap. Abdonis Pharatonitis, qui iudicauit annos 8. de quo item eodē cap. Samsonis, de stirpe Dan. vsque ad Eli Sacerdotem, qui iudicauit annos, 20. de quo cap. 13. 14. 15. & 16. Vide Ederum in sua Oeconomia. Regebant, vt obseruat Lyranus, non per modum Imperij, sed per modum ministerij, exhortationis, & consilij patet ex cap. 8. vbi cum filij Israel liberati essent per Gedeonem de manibus Madian, & ei dicerent: *Dominare nobis tu, & filius tuus, & filius filij tui, &c.* Respondit: *Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos meus filius, sed dominabitur Dominus.* Ostendit liber iste, Deum firmissimum esse semper & certissimum populi sui defensorem, vt enim peccantem populum in manus tradiderat nationum, ita ad pœnitentiam reuerso, pro illius defensione, tales constituebat Iudices, qui eum deuastantium manu defendere, ac liberare possent. Incertum est, quis fuerit eius scriptor. Alij Samuelem, Alij Ezechiam, alij Esdram dicunt, alij

Geor. Ederus. Lyran.

vero alios. Scripſit in hunc librum ex Neoter. ſelect.

Nicolaus Serarius Societatis Ieſu tomum vnum explanationum, & quæſtionum. Moguntiæ 1609. & Pariſijs 1611.

De *Libro Ruth.*

Cap. X.

RVth Hebraicè רות Græcè, Ρούθ, liber ſacræ Scripturæ, in quo eiuſdem Ruth Moabitidis honeſtæ mulieris conuerſio à gentilitate ad verum Dei cultum narratur, Vita item, & mores. Auctorem eius aſſerunt nonnulli, inter quos Ioan. Driedo, Samuelem: incerum tamen. Ex Neoter. ſelect. ſcripſerunt in hunc librum. *Io. Dried. libr.* 1. *de ſcript. Ec.*

Franciſcus Feuardentius Ordinis Minorũ, tomum vnum cõmentariorum. Pariſijs 1582. quo tempore viuebat.

Nicolaus Serarius Societatis Ieſu, tomum vnum commentariorum. Moguntiæ, & Pariſijs 1611.

De *Libris Regum.*

Cap. XI.

LIbri Regum, ſic dicti, quod Regum cum Iuda cum Iſrael & facta, contineant, & annos. Primus & ſecundus Hebræis שמואל Scemuel. Creduntur conſcripti partim à

Samuele Propheta, partim à Nathan, & Gad Prophetis: à Samuele videlicet, facta Eli, Saulis Dauidis, ac ſui ipſius, ad cap. 25. libri 1. à Nathan vero, & à Gad, à morte Samuelis vſque in finem ſecundi libri: ſic enim ſcribitur lib. 1. Paralipom. cap. vlt. *Geſta Dauid Regis priora, & nouiſſima ſcripta ſunt in libro Samuel videntis, & in libro Nathan Prophetæ, & in volumine Gad videntis, &c.* Habent annos ab Eli, vſque ad Dauidis mortẽ 120: nam Eli 40. Samuel cum Saule 40. & Dauid annos 40. regnarunt. Tertius vero, & quartus Hebræis מלכים Malachim, ab Eſdra, vel, vt alijs placet, inter quos Procopius Gazæus, ab Ieremia conſcripti creduntur: qui tamen per compendium videntur collecti partim ex libris dierum Regum Iudæ, & Iſrael, partim ex Nathan Prophetæ Ahiæ Silonitis, & aliorum ſcriptis, in tertio, & quarto Regum citatis Annos cõplectuntur à Regno Salomonis, vſque ad captiuitatem Babylonicam quadragintos viginti quinque. In hos libros.

Paralip. li. 1. cap. vltimo verſic. 29.

Procopius.

Scripſerunt Patres, Epiſcopus Abulenſis, & Commentatores in totam ſacram Scripturã, de quibus ſupra lib. 1 par. 1. cap. 16.

De Libris Paralipomenon.

Cap. XII.

PAralipomenon Hebraicè דברי הימים Græcè Παραλειπομένων hoc eſt, pretermiſſorũ libr. in Biblijs, qui etiã verba dierum, an-

nales, & Chronica dicuntur, *maxime ſunt æſtimandi*, vt Antonius Poſſeuinus ait, *tum quod ſummam annorum 3347. amplectuntur, tũ quod ea quæ in Pentatcucho, vel in libris Ioſue Iudicum, & Regum, aut omiſſa, aut non penè ſcripta ſunt, ſummatim explicant.* Horum auctor alijs Eſdras, alijs Ieremias fuit, ſed hactenus verus ignorus. In hos libros ſcripſerunt Patres, Epiſ. Abulenſis & commentatores in totam ſacram Scripturam de quibus ſupra. Lib. i. par. i. cap. 16.

Ant. Poſſ. ſeu. in Apparatu.

De *Libro Eſdræ.*

Cap. XIII.

ESdras Hebraicè עזרא Græcè Εσδρας liber eſt Veteris Teſtamenti, ab Eſdra, (qui interpretatur Adiutor, ſiue Atrium) Sarajæ filij Azariæ filio, ab Aaron Sacerdote magno duodecimo, Hebraicis literis, & Chaldaico ſermone editus, in quo res geſtas filiorum Iſrael, priuſquam ex Babylone in templum aſcenderet Nehemias, conſcripſit: Reductionem, videlicet, populi, ſub Ieſu filio Ioſedech, & inſtructionem eiuſdem: cui annectitur liber Ieremiæ filij Helchiæ Sacerdotis, Eſdræ ſecundus dictitatus, qui hiſtoriam continet de reædificatione muri per Nehemiam, qui fuit miſſus tanquam Dux à latere Regis ad reædificationem Ciuitatis. Annectebantur & ei, Eſdræ libri tertius, & quartus, quia apud Græcos, & Latinos diuidebatur in duos, vt

docet Hieronymus in prologo Galeato, qui tamen tertius ſcilicet, & quartus cum in Eccleſiaſtico Canone non ſint recepti, in finem Bibliorum rejiciuntur. In hunc librum.

Hieron. in prolog. Galeato

Scripſerunt Patres, Epiſcopus Abulenſis, & commentatores in totam ſacram Scripturam, de quibus ſupra. Lib. 1. par. 1 cap. 16.

De libro Thobiæ.

Cap. XIV.

TObias, Græcè Τωβιτ, qui bonus Deus, vel bonus Dei interpretatur, liber eſt ſacræ Scripturæ, quem ipſe Tobias, de vitę ſuæ hiſtoria circa annum Domini 3252. conſcripſit, dum eſſet in Niniue, quo captiuus ductus fuerat à Salmanaſar Rege Aſſyriorum annò ſexto Ezechiæ Regis Iuda, nono Oſeæ Regis Iſrael: & quidem Chaldaicè, vt oſtendunt Io. Benedictus, & Sixtus senenſis, & patet ex cap. 12. eiuſdem libri, verſ. 21. *Narrate omnia, &c.* quem locum ſic legunt ſeptuaginta, *Scribite omnia, quæ conſummata ſunt in libro &c.* cui deinde Thobias filius finem addidit. Maximus liber iſte, vitę moralis abūdat exemplis, & monitis: quare *& in ipſa ſuperficie literæ*, ait Beda, *ſalubris patet legentibus.* Tranſtulit eum in Latinum ſermonem S. Hieronymus, vt ipſemet teſtatur in præfatione in Thobiam, & receperunt. Concil. Carthag. 3. Rom. Florent. Innocent. Iſidor. lib. 6. Etymolog. & Cypr. ſerm. de eleemoſyna & alij. ſcripſerunt

Io. Bendict. Sixt. Senēſ. Toh. 12. 21. LXX.

Beda.

in eum ex ſelectioribus Neotericis.

Nicolaus Serarius societatis Ieſu tomum vnum cõmentariorum ac quæſtionum. Moguntiæ 1599. & Pariſijs 1611.

Dabimus & nos Deo fauente, propediem Tobiam noſtrum, hiſtoricè, & moraliter enarratum.

De libro Iudith.

Cap. XV.

IVdith, Græcè Ιουδὶθ, liber eſt veteris Teſtamenti, ſic dictus à Iudit populi Iſraelis ab Holopherne liberatrice, cuius mirabile factum continet, interpretatur laudans, ſeu confitens Domino. Eius auctor dubius: ſed, vt ait Card. Bellarm. ſi fidem habemus Ioſepho lib. 1. contra Apionem, fuit Eliachim, qui alio nomine dicebatur Ioachim, Sacerdos magnus Hebræorum, de quo fit mẽtio libro Iudith: ſcribit enim Ioſephus in more poſitum fuiſſe apud Ægyprios, & Babylonios, & potiſsimum apud Hebræos, vt res geſtæ publicæ ſcribendę committerentur ſacerdotibus magnis, & circa annũ mundi 3270. quo huius libri hiſtoria contigit, inter duas Captiuitates tẽpore Regis Iuda Manaſſe, & Regis Aſſyriorum Merodach Balada, qui regnauit etiam in Babylonia, Ioachim erat Sacerdos magnus. Chaldęa lingua hunc lib. primo ſcriptũ fuiſſe teſtatur Hier. epiſt. 3. & quãuis Hebręi, & hereſtici moderni illũ reijciãt à canone ſcripturarũ

Bellarm. de Script. Eccleſiaſt. Ioſeph. l. 1. contra Apion. Iudith. 4. & 15.

S. Hieron. epiſt. 3.

Conc. Nic. 1. S. Hieron. in præfat. Conc. Cart. 3. Trident. Gelaſ. 1.

Conc. tamen Nicæuum primum retulit in numerum ſacrorum, vt teſtis eſt S. Hieronymus in præfatione. quod etiam fecerunt Concilium Carthaginenſe tertium, capite 47. & Trident. ſeſſ. 4. & Decretum Gelaſij I. de ſcripturis Sanctis. In hunc librum ſcripſit ex ſelect. Neoter.

Nicolaus Serarius Soc. Ieſu, tomum vnum, cõment. ac quæſt. Mogunt. 1599. & Pariſ. 1611.

De *Libro Eſther.*

Cap. XVI.

ESther (vox deſignans, occulta demoliens, ſeu medicinæ exploratio, & contemplatio) liber eſt ſacræ Scripturę, quem ſeptuaginta vocant Ἐσθήρ Hebræi מגילת אסתר Megillath Eſther, hoc eſt volumen Eſther, quo narratur, quomodo per nobiliſſimam hanc fœminam, Deus vniuerſam Iudæorum gentem iam iam perituram ſeruauerit, & Aman, qui excidium illius inſidioſè machinabatur, percuſſerit. Hanc putat Card. Bellarm. contigiſſe hiſtoriam circa annum mundi 3828. quo tempore floruit Eſdras, quem eiuſdem libri auctorem licet cenſeat Iſidorus li. 6. orig. cap. 2. ipſe tamen negat, exiſtimatque probabilius Mardocheum patruum, & nutritium ipſius Eſther, qui illi ſemper adfuit, & res geſtas omnium optimè nouit, auctorem extitiſſe. Scripſerunt in hunc librum ex ſelect. Neoter.

Bellarm. de Script. Eccl. Iſidor. orig. lib. 6. c. 2.

Franciſcus Feu-ardentius Ord. Minorum, tomum vnum comment. concionibus Chriſtiani accommodatorum Coloniæ 1595.

Nicolaus

Nicolaus Serarius societatis Iesu, tomum vnũ commentariorum, ac quæstionum Moguntiæ 1599. & Parisijs. 1611.

De libro Iob. Cap. XVII.

IOb, liber Veteris, Testamenti sic dictus, quod eiusdem Iob gesta contineat, quem septuaginta vocant Ιωβ. Hebræi איוב Iob, hoc est vlulans, ac dolens, atque adeo patiens: natus est (incertum quo anno, probabile tamen est circa tempus egressionis filiorum Israel de Aegypto) in Ciuitate Bosra, non Moabitica, sed Idumeæ, vel Traconitidis regionis, habitauit in terra Hus: fuit Sacerdos, Propheta, Rex de filiis Esau, quintus ab Abraham, quartus ad Esau. Hanc ipsemet scripsit ærumnarum suarum historiam, & fœlicem exitum, & quidem Syriacè, vt probat Pineda in præfat. suorum Comment. cap. 3. & 4. Nec mouere debet, vt S. Gregorius docet in præfat. libri Iob cap. 1. quod in hoc libro dicatur, dixit Iob, vel hæc, atque illa pertulit Iob, nam, vt ille ait, moris sacræ Scripturæ est, vt ipsi, qui scribunt, sic de se in illa, quasi de aliis loquantur. Hinc est enim quod Moyses ait: *Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* Hinc Ioannes ait: *Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus.* Hinc Lucas ait: quod ambularent duo ex discipulis in via, Cleophas, & alius quem profecto alium dum studiosè tacuit (vt quidam dicunt) quid nisi

Pineda in Iob præfat. c. 3. & 4. *S. Greg. in præf. in Iob cap. 1.* *Numer. 12. 3.* *Io. 19. 26.* *Luc. 24. 18.*

se ipsum fuisse monstrauit? Narrat in ea, non solum, quæ sibi contigerunt, in quibus miræ ipsius virtutes, & præsertim summa patientia relucet, sed disputationem quoque disertissimam, quam habuit cum amicis suis, in qua multa de Ecclesię mysteriis, peccatorum quoque fœlicitate præsente, necnon Diaboli virtute atque potentia subobscurè locutus est. Ex select. Neoter. in hunc librum scripserunt.

Franciscus Feu-ardentius, Ord. Minor. tomum vnum historiam B. Iob, & martyrium 25. homiliis per Aduentum Domini explicatam complectens. Paris. 1606.

Paulus Comitolus, societatis Iesu, qui adhuc viuit, contexuit catenam è quatuor, & viginti Græcorum explanationibus, & è græco in latinum conuertit. Venetiis 1587.

Io. de Pineda Soc. Iesu, qui adhuc viuit, tomos duos Comment. primum, à cap. 1. vsque ad 17.

Secundum à cap. 17. ad finem, Hispali 1602. & Coloniæ 1605.

Io. à Iesu Maria Ord. Carmelit. Discalceatorum, qui adhuc viuit, tomum vnum comment. & Paraphras. Romæ 1612.

De libro Psalmorum. Cap. XVIII.

2. Reg. 23. 4 PSalmorum Librum Dauid filius Isai Bethlehemitæ, Rex Ierusalem, & Propheta, qui regnare cæpit anno mundi 2919. & annis 40. vt in lib. 2. Reg. cap. 5. dicitur, regnauit, dictante spiritu Sancto, conscripsit, & quidem (vt communior est opinio) totum, & meretricè, quod manifestis rationibus ostendit Io. Lori-

Io. Lorinus in præfat.

nus in ſuorum in Pſalmos commentariorum præfatione. Hebraicè eſt huius libri titulus ספר תהלים Thehellim, hoc eſt, liber Pſalmorum, vel Hymnorum, quem titulum & apud Græcos, & apud Latinos haberi docet Beda. Dicitur etiam Pſalterium ab inſtrumento illo muſico ſic dictitato, quo Dauid (qui etiam Pſaltes dicitur) egregiè vtebatur ad pſalmos aliquos decantandos. In hunc librum ex Neoter. ſelect ſcripſerunt. Beda.

Franciſcus Titelmanus Ord. Fratrum Minorum, tomum vnum elucidationum iuxta veritatem vulgatæ Latinæ editionis Lugduni 1573. Venetiis, & alibi. Viuebat anno 1531.

Cornelius Ianſenius Epiſcopus Gandauenſis, qui anno 1568. viuebat, tomum vnum Paraphraſ. cum argumentis ad ſingula capita, & annotationibus Lugd. 1596.

Gilbertus Genebrardus, qui de anno 1582. viuebat, tomũ vnũ cõment. Lugd. 1607. & alibi.

Antonius Agelius ex Congregatione Clericorum Regularium, Epiſcopus Acernenſis, tomum vnum commẽtariorum, Romæ 1606. & Pariſ. 1609.

Io. Lorinus Soc. Ieſu, tomos tres commentar. primum à Pſalmo primo vſque ad 50. Lugduni 1612.

Secundum, à Pſalmo 51. vſque ad 100. Ibid. 1614.

Tertium, qui nondum excuſus Prodijt à Pſalmo 101. vſque in finem.

Robertus Bellarminus ex Soc. Ieſu, S. R. E. Cardinalis, tomum vnum explicationum

Romę 1611. & Lugduni 1612.

De Libro Prouerbiorum.

CHAP. XIX.

SAlomonem, Græcis Eccleſiaſten, Dauidis Regis filium, & Regẽ Ieroſolymorum cui nemo ſimilis, neque antea, neque poſtea, fuit, neque, teſte Domino, deinceps erit, auctorem huius libri fuiſſe omnes teſtantur, quem ſeptuaginta interpretes inſcripſerũt Παροιμιαι Σολομωντος Prouerbia Salomonis, Hebræi autem משלי שלמה quod ſignificat ſimilitudines, & comparationes, quas Græci παραβολας vocant. In eo (vt Hieronymus ait in Comment. in Eccleſ. cap. 1.) paruulum docens, & quaſi de officijs per ſententias erudiens, ſapienter collegit, quæ ad vitam inſtituendam referri poſſunt, adagia, ſimilitudines, ſiue parabolas, atque ſententias. Cæterum vt obſeruat Poſſeuinus, quæ extant à 25. cap. vſque ad finem, Sebna, & reliqui ſcribæ Ezechiæ Regis Iudæ, alijs è voluminibus collegerunt, Continet (vt auctor quæſt. Hæbraic. ad 3. lib. Reg. ſcribit) verſus 915. in quibus tria millia parabolarum comprehenduntur, de quibus 3. Reg. Salomonis res geſtas, vt habetur in ſecundo libr. Paralip. ſcripſerunt Ahias, & Addo, ſiue ſint ea, quæ habentur in 3. libro Regum, ſiue res aliæ. Quis autẽ ſcripſerit reliqua, quæ habentur in lib. 3. Reg. poſt cap. 11. & in toto quarto, & in duobus libris Paralip. non eſt omnino cer-

S. Hier. in Eccleſiaſt. 1.

Poſſeuinus.

3. Reg. 4. 38. 2. Paralip. 9. 29.

3. & 4. Reg.

Paralip.

tum: credibile tamen est, vt docet. Cardin. Bellar. scripta fuisse à Sacerdotibus, & Prophetis illorum temporum. Scripsit in hunc librum ex Neot. select. *Bellarm. de Script. Eccl.*

Cornelius Ianſenius commentaria quædam, quę extant vna cum eiusdem commentar. in Psalmos, Lugduni 1596.

De Libro Ecclesiastes. Cap. X X.

ECclesiastes, quem septuaginta interpretes inscripserũt Ἐκκλησιαστὴς, id est Concionator, qui verba facit ad populum, Hebr. קהלת Koeleth, liber est Salomonis, nec est qui hoc neget præter auctores Thalmud, qui ab Ezechia, eiusque familiaribus editum volunt, in quo Mundi vanitatem, multiplices etiam rerum naturas, dum narrat, per earum cognitionem ad ea contemnenda nos deducere conatur, quæ à nobis secus quam ipsa recta ratio dictet, appetuntur. Exprimit mores hominum corruptos, & depravatos, indicans quanta in ijs puniendis sit Dei clementia simul, & prouidentia: omnibus esse animantibus moriendum docet, hominumque animos esse immortales: diuinique tandem Iudicij timorem incutere tentat, vt diuinæ etiam legi facilius pareamus. Ex select. Neot. in hunc librum scripserunt.

Io. Arboreus tomum vnum Comment. Paris. 1549. quo tempore iam obierat.

Franciscus Titelmanus Ord. minorum, tomum vnum comment. cum annot. ex Hebr. & editione Græca in singula capita, Parisijs. 1549. Venetiis, & alibi.

Io. Lorinus Soc. Iesu tomum vnum comment. Lugd. 1606.

De Libro Cantici Canticorum.

Cap. XXI.

INscribunt hunc librum Hebræi לשלמה שיר השירים אשר Scir Hascirim Hascer liscomo quod idem significat, ac Canticum Canticorum, quod est Salomoni, seu secundum Salomonē, Græci ἄσμα ἀσμάτων ὁ ἐστι τῶ Σαλομῶν, Salomonē eius scriptorem fuisse omnes astruunt, incertum tamen, an ante, vel post lapsum. Et quidem (vt ejus inscriptio indicat) in eo sub carmine lęto, agit primum de nubentibus, velut sponso, & sponsa, & vtitur phrasi Epithalamiis, & carminibus nuptialibus accommoda. Agit de ijsdem, vt de Pastore, & grege, Bucolicumque, seu Nomicum dicendi genus adhibet. Agit vt de agricola, & vinea, & stylo ludit Georgicorum. In eo toto sub continua quadam figurata locutione, agit de amore Dei erga totum cœtum fidelium, ita tamen, vt multa etiam singulis Ecclesię membris conuenire ostendat, seu de mutuo Christi, & Ecclesiæ amore, quem explicare volens, fœminæ, & viri mutuo se amantium affectiones elegantissimè describit. Dialogistico more personarum interlocutione illum distinguens, Sponsi Christi, & sodalium videlicet Apostolorum, & fidelium perfectorum: Sponsæ Ecclesię, & adolescētularum eius comitum, animarum scilicet incipientium, & aspiran-

tium ad perfectionem, idque ne obſcuritas animos alienos redderet, & ſuauitas ad legendum inuitaret. De futuris enim rebus tractatio cum ſit difficultatibus obſtructa, & obſcuritatibus plurimis inuoluta, Dialogus, rem ita ante oculos proponit, vt animos voluptate deliniat, qua obſcuritatis, atque difficultatis moleſtiam non mediocriter ſubleuet. Porro (Auctore Hieronymo in Comment. ad Ezechielem) apud antiquos Hebræos in tanta veneratione hic liber fuit, vt ab eis non legeretur, niſi poſt trigeſimum ætatis annum. Scripſerunt in hunc librum ex Neot. ſelect. *S. Hieronym. in Ezech.*

Gilbertus Genebrardus, de quo ſupra, tomum vnum comment. Pariſ. 1585. qui ſubiuncti ſunt trium Rabbinorum, Salomonis Iarhij, Abrahami Abben Eztæ, & innominati cuiuſdam comment. eodem interprete.

Aloyſius Legionenſis Auguſtinianus tomum vnum explanationum. Salmanticæ 1580. quo tempore viuebat, & denuo Venetiis, anno 1604.

Martinus Delrius Societatis Ieſu, tomum vnum Commentar. Lugduni 1611. quo tempore viuebat.

Ludouicus Soto Ordinis prædicatorum maior tomum vnum interpretationum. Olyſſippone, ſed emendatius cum indice rerum Pariſiis 1605. Edidit etiam notas poſteriores, & breuiores in eundem librum Cant. Pariſiis 1611. quo anno viuebat.

Ioan. à Ieſu Maria Carmelit. Diſcalceatorum tomum vnum interpret. in quo Sponſi

cæleſtis, & Spōſæ electæ amoris vis conſcribitur. Romæ primum, deinde Moguntiæ 1603.

Michael Ghiſlerius Clericus Regularis tomum vnum comment. quem recudit Venetijs 1613. cum elencho ad ſacras conciones.

De libro ſapientiæ.

Cap. XXII

LIber Sapientiæ à Græcis Σοφία Σολωμῶν, Sapientia Salomonis, ſeu Σοφία σιράχ, Sapientia syrach, qui etiam à nonnullis cognominatur Πανάρετος, quaſi omnium continens virtutum, ac morum doctrinam, à Latinis abſolutè liber Sapientiæ, nũ à Salomone fuerit conſcriptus, nonnulla eſt quæſtio quia cum non habeatur in Codicibus Hebraicis, ſed ſolum in Græcis, aliqui (teſte S. Hieronymo præfatione in Prouerbio salomonis) Philonis Iudæi eſſe cenſent, tamen, vt Cardinalis Bellarminus notat à veteribus Patribus communi conſenſu Salomoni tribuitur, Probabile tamen valde eſt, quod ille aſſerit, huius libri ſententias eſſe Salomonis, ſed in vnum volumen collectas, & Græcis verbis expreſſas à Philone, non illo qui tempore Caij Imperatoris floruit ſed alio antiquiore. Continet (vt Athanaſius in Synopſi ait doctrinam iuſtitiæ, atque inſtructionem cum prauorum, tum integrorum, virorum: A principio vſque ad ſextum finem capitis, adhortationem, qua quiſque ad amorem iuſtitiæ excitetur, à ſeptimo vero vſque ad decimum explicat originem ſapientiæ, à 10. vero vſq. ad

S. Hieronym. in prouer. Salom.

Bellarm. de ſcript. Eccl.

Athanaſ. in Synopſi.

finem tam iuſtitiæ, quàm Sapientiæ declarat effectus. Vide eius continuationem apud Ederum tabula 124. & deinceps. Auctorē nullum certum habet, præter Spiritum ſanctum, licet aliqui a Salomone eum conſcriptum velint, & alij à Philone Hebræo Iuniore, viro Græca eloquentia celeberrimo, qui pro gente ſua ad Caium Imp. legatione functus eſt, quin & à Philone Seniore alij, qui vetuſtior Chriſto annis 160. temporibus Oniæ Pontificis floruit. Theodoretus, apud Lipomanū, librum iſtum tribuit Syrach, cuius filio aliquando tribuebat Auguſtinus, quod poſtea diligentius inquirens, in ſecundo Retractationum volumine retractauit.

Eder. tab. 124. & deinceps.

Theodoret.

S. Aug. 2. Retract.

De huius libri auctoritate D. Auguſt. lib. 1. de prædeſtinat. Sanctorum cap. 14. ait, eos qui Apoſtolis proximi erant, librum Sapientiæ tanquam diuinum citaſſe, ſicque illum citat Mag. Dionyſ. cap. 4. lib. de diu. nom. & Hier. in cap. 7. Ierem. & Ambroſ. lib. 1. de Fide, & Cyprian. lib. 4. epiſt. 1. & ſerm. de mortalit. & de exhort. ad Martyr. cap. 12. & D. Gregor. 18. moral. cap. 1. & Concil. Sardicen. in epiſt. ad omnes Epiſcopos, & Tolet. 11. in Confeſſ. Fidei, Sapientiæ librum, vt ſacram Scripturam confitetur, & ſuſcipit. Scripſerunt in hunc librum ex neot. ſelect.

Cornelius Ianſenius, de quo ſupra, annotationes quaſdam, quæ extant cum eiuſdem commentariis in Pſalmos.

Ioan. Lorinus Soc. Ieſu tomum vnum Comment. Lugduni 1607.

De libro Ecclesiastici. Cap. XXIII.

ECclesiasticus Græcè Σοφία Ιησοῦ υἱοῦ σιράχ, liber est (vt ex ipsius prologo elicitur) à Iesu filio Syrach Ierosolymitano conscriptus, quem Iesus eiusdem Syracidæ Nepos (vt ex eodem prologo apparet, & Damascenus tradit in 4. Fidei Orthodoxę) ex Hebræo in Græcum vertit, tempore Ptolomęi Euergetis Carthaginensis, circa annum Mundi 3759. In prima sui parte encomia continet sapientiæ: in secunda sententias prudentum, tam de sapientia, quam de aliis virtutibus, à principio vsque ad cap. 44. In tertia exempla Sapientum à cap. 44. vsque ad fin. Vide Ederi tabulas 132. & deinceps.

Damascen. in 4. fid. Orthod.

Eder. tab. 132. &c.

Hunc librum inter cęteros agnoscit Clem. Alex. 7. lib. Strom. Ambros. serm. 31. & lib. 4. de Fid. Euaristus Papa in epist. 1. ad Episcopos African. Epiphan. hæres. 76. Anomeorum. D. August lib 2. de Doctrina Christiana cap. 8. & 12. de Ciuit. cap. 8. & ad Orosium contra Priscillian. cap. 11. In hunc librum scripserunt ex Neoter. select.

Rabanus Maurus tomum vnum Comment. Paris. 1544.

Paulus de Palatio tomum vnum comment. Coloniæ 1593. viuebat anno 1579.

Cornelius Iansenius, de quo supra, commentaria quędam, quæ extant vna cum eiusdem comment. in Psalm.

De libris Prophetarum maiorum.

Cap. XXIV.

MAiores ſunt quatuor, videlicet, Iſaias, Ieremias, (apud quem Baruch etiam ponitur, cum veteres eum in Prophetia non exiſtimarint ab eodē Ieremia diuerſum, Ezechiel, & Daniel. de quibus ſuis locis, qui maiores ideo dicuntur, quia fuſiores cū ſint, apud Hebræos vnuſquiſque eorum ſuum habet librum, quem minores non habent, vno ſolo, ob eorum breuitatem contenti: ſic maiores dicuntur, non quod grauitate ſententiarum, aut maieſtate verborum, aut vlla re alia minorib. præſint, ſed ex eo tantum, quod longiores ſint; Vnus enim Iſaias duodecim Prophetis, minoribus, iuxta numerum verſuum (auctore Hieronymo in procemio Comment. Iſaiæ) aut æqualis, aut maior eſt. Floruerunt tam maiores, quam minores Prophetæ poſt diuiſionem Regni, quæ facta eſt poſt obitum Salomonis, tamen illud ſtatuendum videtur, quod docet Card. Bellarm. tam maiores, quam minores eo ordine prophetaſſe, quod in Bibliis Hebraicis, & Latinis collocantur, quamuis in Græcis ſit aliqua diuerſitas, & de Abdia, & Habacuch ſit non exigua difficultas. Cuius fundamenti illam rationem aſſignat. *Quia*, inquit, *videmus Prophetas maiores ſine vlla controuerſia ſuo ordine collocatos, vt Iſaias præceſſerit Ieremiam, & Ieremias Ezechielem, & Ezechiel Danielem. Item quia magna pars Prophetarum minorum*

S. Hieron. in Iſaiam.

Bellarm. de Script. Eccl.

ſine vllo dubio ita collocati ſunt, vt Oſeas, Ioelem præcedat, & in fine Aggæus Zachariam, & Zacharias Malachiam. Proinde colligi poteſt omnes eſſe ſuo ordine diſpoſitos, neque excogitari poteſt vlla ratio, cur prior tempore debuerat poſteriori præponi, niſi cum claſſis (vt ſic loquar) variatur. Maiores enim Prophetæ ſuam claſſem faciunt, & minores quoque ſuam. Hæc Bellarminus. Ex Neoter. ſelect. in hos libros ſcripſit.

Ioan. Maldonatus Soc. Ieſu tomum vnum commentar. Turnoni ſumptibus Horatij Cardon 1611. in quo tamen commentarij in Iſaiam adhuc deſiderantur. Obijt anno ſalutis 1583.

De *Prophetia Iſaiæ. Cap.* XXV.

EST Iſaias, in ordine ſacrarum Scripturarum, primus ex quatuor prophetis maioribus, quem Hebræi vocant ישעיהו, Ieſahiau, hoc eſt Domini ſalus. Prophetauit in Iudæa, & Ieruſalem, id eſt Tribui Beniamin, & Iudæ ante captiuitatem, ſub Oziæ anno 28. mundi
S. *Hieron.* 3163. Fuit (teſte Hieronymo) potiſſimum eius prophetiæ ſcopus, ad quem omnia quæ dicit, deſtinantur, agere de admirabili regno Chriſti, ad deiectionem ſuperborum, & exaltationem humilium ordinato, tantaque claritate de eiuſdem Chriſti aduentu, Vita, Paſſione, Morte, & Reſurrectione agit, vt non futura prædicere, ſed potius præterita enarrare videatur, & Euangeliſtæ potius, quàm Prophetæ partes implere, quod præ cæteris Pro-

phetis, venuſtate ſermonis, & vrbanæ dictionis elegantia præſtitit. Totius libri narratio proſa eſt, numeris omnibus abſoluta, exceptis tribus Canticis, Vineæ ſcilicet, Vrbis Syon & Ezechiæ Regis, quæ vna cum oratione Iſaiæ Hexametris, & Pentametris verſibus incedere Iſidorus teſtatur. Moritur ſub impiiſſimo Rege Manaſſe, iuſſu eius in duas partes diſſectus. Scripſerunt in hunc librum ex ſelectioribus neotericis. *Iſidorus.*

Franciſcus Forerius Ord. Prædicatorum, tomum vnum comment. quibus Latina vulgata editio dilucidatur, & cum Hebraico fonte confertur. Antuerpiæ 1567. quo tempore viuebat.

Leo à Caſtro, tomum vnum comment. ſeu Catenam Patrum. Salamanticæ 1570. quo anno viuebat.

Didacus Aluarez, ex Ord. Præd. Epiſcopus Tranenſis, qui adhuc viuit tomos duos comment. Primum à cap. primo vſque ad 27. Romæ 1599.

Secundum à cap. 28. vſque ad finem, ibidem 1602. Primus iam ſub prælo iterum ſudat, cum nouis additionibus.

De Prophetia Ieremiæ. Cap. XXVI.

IEremias, Hebraicè ירמיהו Irmeiahu (hoc eſt excelſus Dei, atque extollens Deum) anno ſecundum putationem Card. Bellarmini (quam vt in pluribus ſecuti ſumus.) decimo tertio Ioſiæ Regis Iudæ, Mundi 3337. *Bellarm. de Script. Eccleſiaſt.*

inuenit in Domo Domini librum legis Diuinæ, multis annis præcedentium Regum negligentia perditum, vt constat ex 4. Reg. Fuit Propheta, & Sacerdos ex Anathot, in terra Beniamin, ab Ierusalem milliaribus tribus distante, filius Helciæ Sacerdotis magni. Prophetauit Ciuitati Ierusalem de futura siccitate, & aduentu Regis Babylonis, & de futura Christi Ecclesia, excipiēte ex ipsius ore Baruch Neriæ filio. In Aegyptum in captiuitatem cum reliquo populo abductus, in Vrbe Taphnis, à suis gentilibus lapidibus obrutus est, vt Hieronymus ait, licet alij aliter sentiant. In hunc librum ex Neoteric. selectioribus scripserunt.

4. Reg. 22. 8.

S. Hier. lib. 2. contra Iouinian.

Andreas Capella Cartusianus tomum vnum comment. quibus Latina vulgata editio dilucidatur, & cum Hebraico fonte è Septuaginta editione, & paraphrasi Chaldaica confertur. Tarraconæ 1586 quo anno viuebat.

Christophorus à Castro Soc. Iesu, qui adhuc viuit, tomum vnum Comment. Paris. 1608.

Michael Ghislerius tomum vnum comment. quem adhuc ipse auctor orditur, & propediem in lucem emittet.

De libro Threnorum. Cap. XXVII.

THrenorum librum, ideſt, lamentationum, qui Hebraicè duplici inscriptione notatur, vna à principio libri, more solito, nempe איכה Echa, ideſt, Quomodo, alter-

ab eiuſdē libri materia, quæ vſurpatur à Raba. in cōment. id eſt, קינות Cinoth, ſiue Kinothin, Græcè θρῆνοι Threni, ideſt Planctus, Neot. eſt opinio fuiſſe compoſitū à Ieremia in quadam ſpelunca propè Ieroſolymam, foueam Ieremiæ dictatam, dum gentis Iudaicæ, Regis, & ciuium ſuorum lamentaretur captiuitatem, videlicet decem Tribuum, in quam abductus eſt Tobias, & captiuitatem Ioachim cum omnibus principibus Iudęorum, inter quos abductus eſt etiam Ezechiel, & templi, & vrbis deſolationem. In Hebræo ſcriptus eſt liber iſte metris, id eſt verſibus, quorum ſinguli per ordinem à ſingulis incipiunt alphabeti literis, ita vt primus verſus incipiat à prima litera Aleph, ſecundus à Beth, & ſic de cæteris, quale genus carminis tempore Ieremiæ vſitatum fuit. Ex Neot. ſelect. In hunc librum ſcripſerunt.

4. Reg. 17. 6 *Tob. 1. verſ.* 1. & 2. 4. Reg. 24. *Ezech. 1.*

Petrus de Figuerio Can. Reg. Congreg. S. Crucis Conimbric. tomum vnum comment. Lugduni 1596. quo tempore viuebat.

Martinus Delrius Soc. Ieſu, qui de anno 1606. viuebat, tomum vnum commentariorum Lugduni 1608.

Sebaſtianus à Coſta de Andrada, qui adhuc viuit, tomum vnum comment. Lugd. 1609.

Antonius Agelius Epiſcopus Acernenſis tomum vnum commentariorum ex auctoribus Græcis collectum, cum eiuſdem explicationibus Romæ 1589. & Antuerpiæ.

collectum, cum eiusdem explicationibus, Romæ 1589. & Antuerpiæ.

Ioan. à Iesu maria Ord. Carmelit. Discalceatorum tomum vnum interpretationum, & Paraphras. Historicarum, allegoricarum, & tropologicarum Neapoli 1608.

Scriptores etiam alij, quos notauimus in Ieremiam, qui etiam omnes scripserunt in Baruch.

De Prophetia Baruch. Cap. XXVIII.

BAruch Græcè Βαρούχ, qui benedictus interpretatur, Neriæ filius, antequam dono prophetiæ donaretur, assecla fuit, & amanuensis Ieremiæ. Prophetauit populo in captiuitate Babylonica existenti, inuocatione nominis Domini, & spe futuræ liberationis Ierusalem, iam per Chaldæos destructæ, tempore Iechoniæ Regis, vt ipse testatur initio sui voluminis circa annum mundi 3366. Prædixit apertissimè incarnationem, & apparitionem Verbi Dei in carne humana. Et quamuis hic liber non inueniatur in Hebræis codicibus, & excidisse, & perijsse credatur, tamen citatur passim à Patribus, sub nomine Ieremiæ. Vide Card. Bellarm.

Bellar. lib. 1. de verbo Dei, & de Script. Eccl.

Agnouerunt hunc librum antiqui Patres, & quidã ex illis iudicauerũt illum fuisse partem quandã ex Ieremiæ prophetia decerptam. Lege D. Augustt. 18. de Ciuit. cap. 33. & auctorem libri quæst. Vet. & nou. Testam. quæst. 102. & Cassiodorum Psalm. 81. Chrysost. hom. de Trinit. & Clem. Alexan. lib. 1. Pædagog. cap. 10. & Ambr.

Ambroſ. lib. 1. de pœnit. cap. 8. & lib. 3. Hexamer. cap. 14. qui teſtimonia quædam in libro Baruch. reperta Ieremiæ adſcribunt. Sed eum librum vt ſacrum citant idem Clem. Alexan. lib. 2. Pædagog. cap. 3. Cypr. lib. 2. contra Iud. cap. 5. Euſeb. lib. 6. demonſtrat. Euang. cap. 19. Chryſ. hom. 2. in Matth. & hom. quod Chriſtus ſit Deus. Ambr. lib. 1. de fide cap. 2.

De Prophetia Ezechielis. Cap. XXIX.

EZechielem, Hebræis יחזקאל Iechazkel, hoc eſt, robur Dei, ſiue Imperium Dei, filium Bozri Sarenitem (quem nonnulli, vt auctor eſt Clemens Alexandrinus, Pythagoram Philoſophum fuiſſe, ſed falſo crediderũt) cum Ioachimo Rege in Babylonicam captiuitatem fuiſſe tranſlatum, & iis, qui Babylone dicuntur à Nabuchodonoſore traducti fuiſſe, omnes aſtruunt. Concaptiuis ſuis cum Iechonia in Babylonem deductis, eodem tempore prophetauit, quo Ieremias Ieroſolymis, de deuaſtatione Ieruſalem, & abductione populi, Iechoniæ, vel Ioachim, anno mundi 2371. vt ipſemet teſtatur, quinto tranſmigrationis. Eum fert Epiphanius à Duce populi occiſum, quod Idololatriam reprehenderet, ſepultumque in terra Aſſyriorum, in monimento Sem, & Arphaxad progenitorum Abrahæ, quod ad ſua vſque tempora extitiſſe dicit. Scripſerunt in hunc librum ex Neotericis ſelectioribus.

Clem. Alex. lib. 1. Strom.

4. Reg. 25.

Epiphan.

Hector Pintus Hieronymianus tomum

vnum comment. Lugduni apud Rouillios, qui primum emendatior ibidem prodierat apud Stephanum Michaelem 1584.

Hieronymus Pradius, & Ioan. Baptista Villapandius Societatis Iesu commentar. tomos tres, primum à cap primo ad 26. secundum à cap. 27. ad 72. tertium de Vrbe, ponderibus, mensuris, & aliis rebus Hebræorum, Romæ 1596. quo anno Villapandius viuebat, Pradius vero iam obierat.

De *Prophetia Danielis.* Cap. XXX.

DAniel דניאל, quæ vox apud Hebræos designat iudicatum à Domino, seu iudicium Dei, propheta fuit sapientissimus, regali ex genere, cui nomen cum conditione in captiuitate mutatum est, siue à Rege Nabuchodonosore, vt Iosephus indicat, siue ab Asphenz Eunuchorum Principe, vt Danielis 1. vers. 7. dictusque est Balthassar. Populo Iudaico, prophetiæ librum emisit, in quo de omnibus totius mundi regnis, ac præsertim de glorioso, atque æterno Christi præclara, atque certissima vaticinia comprehendit: Item de destructione impiorum, & piorum liberatione, tempore captiuitatis Babylonicę, circa annum Nabuchodonosor 24. Mundi 3398. Hieronymus eum fuisse spadonem putat, Epiphanius non re quidem vera spadonem fuisse, sed ea castitate, atque modestia, vt à Chaldæis spado esse putaretur. Res verisimilitudine non caret, nam eius cura Eunuchorum Principi

Ioseph. lib. 10 antiq. Iudai. c 11. Dan. 1. 7.

S. Hieron. Epiphan.

data est, vt cap. 1. dicitur. *Certè* (vt Maldonatus ait) *si quod naturæ, aut casus, aut artis est, non constat Eunuchum fuisse, quod virtutis est, constat eum fuisse castissimum.* Isidorus eum ad 110. annum peruenisse tradit. In hunc librum ex neotericis selectioribus scripserunt. *Maldonat. in Prolog.* *Isidor.*

Iacobus Veldius Augustinianus, tomum vnum comment. pro concione explicatorum. Antuerpiæ 1576. quo tempore viuebat.

Benedictus Pererius Soc. Iesu tomum vnum comment. Romæ, Lugduni, & alibi.

De *libris Prophetarum Minorum.*
Cap. XXXI.

SVnt Prophetæ minores duodecim, videlicet Oseas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahũ, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, & Malachias, qui *minores ideo dicuntur* (vt Augustinus ait) *quia sermones eorum sunt breues in eorum comparatione, qui maiores ideo vocantur, quia prolixa volumina condiderunt.* Et vt Ruffinus ait, *Minores non pro merito, sed pro numero versuum nominantur.* Scripserunt in hos libros ex neotericis selectioribus. *S. Aug. de Ciuit. Dei lib. 18. c. 29.* *Ruffinus in præf. Oseæ.*

Cyrillus Alexandrinus, de quo supra, tomum vnum comment. à Iacobo Pontano Societatis Iesu Græcè & Latinè editum. Ingolstadij 1607.

Michael de Palatio, qui de anno 1584. viuebat tomum vnum explanationum secundum literalem, anagogicum, allegoricum, & tropologicum sensum Salmanticę 1593.

Franciſcus Ribera Societatis Ieſu, qui obijt anno 1591. tomum vnum comment. in quo ſenſum eorundem prophetarum hiſtoricum, & moralem, & perſæpe etiam allegoricum complectitur. Romæ 1590. Lutetiæ Pariſiorum 1611. & Coloniæ 1600.

Eiuſdem tomum vnum commentariorum hiſtoricorum ſelectiorum. Coloniæ 1600.

De Prophetia Oſeæ. Cap. XXXII.

OSeas Hebraicè הושע Hoſeah, hoc eſt faciens ſalutem, Græcè interpretatus σωζων, hoc eſt Saluator, filius Becri, teſte Epiph. de Tribu Iſachar (Chriſti figuram gerens, qui ex gentium fornicatione ſibi Eccleſiam iunxit) fornicariam Dei iuſſu duxit vxorem. Prophetauit contra Samariam, circa annum Oziæ 18. Ieroboam 33 Regum Iuda, & Iſrael, mundi 3188. nam Ozias regnare cæpit in Ieruſalem anno mundi 3170. de eius fornicatione, & interitu, & quidem elocutione, & dicendi genere multiplici, ſub breuibus chartis, multas, atque maximas res amplectens, innumeriſque affectibus explicans. Vnde obſcurius interdum locutus eſt. In hunc librum ex neot. ſelect. ſcripſerunt.

Hieronymus Guadalupenſis Hieronymianus, tomum vnum comment. in quo multas, ac varias obſeruationes ſpectantes ad morum compoſitionem poſuit. Cæſaraugustæ 1581. quo tempore viuebat, item Lugduni, & alibi.

De Prophetia Ioelis. Cap. XXXIII.

IOel Hebraicè יואל, Græcè ἀρχόμενος, id est, incipiens, siue (vt ait Hieronymus) Dominus Deus, è Tribu Ruben, prophetauit tribui Iudæ, & Ierusalem, circa annum Oziæ 33. Mundi 3203. de Terra 12. tribuum ante Spiritus sancti effusionem, eruca, bruco, & locusta consumēda, primum scilicet, de diuina comminatione, & futura fame, postea vero de promissione Regni Christi Domini, & effusione Spiritus sancti in seruos, & seruas Dei: denique futurum iudicium: quare & eos hortatur ad pœnitentiam. Demum, vt obseruauit Possevinus, in agro Bethron (qui aliis est Bether, siue Bethor vnde fuerat oriundus) obdormiuit in Domino. Ex Neotericis selectioribus in hunc librum scripsit.

S. Hieron. in prologo in Malach.

Possuin.

Mathurinus quadratus Franciscus tomum vnum homiliarum, Parisiis 1582. quo tempore viuebat.

De Prophetia Amos. Cap. XXXIV.

AMos Hebraicè עמוס Græcè βάσταζων, id est, portans, vel populus auulsus, vt ait Hieronymus in prologo eiusdem, ex Thechme oppido, sex millibus passuum ad meridionalem plagam distans à S. Bethlehem, in tribu Iuda, vir integer, ac probatis moribus, vitæ autem consuetudine, ac genere simplici, atque horrido, minus cultus ingenio, atque

S. Hieron. in prologo Amos.

omni ſcientia, ac ciuili facultate deſtitutus, lingua etiam tardus, ac ſermonis elegantia carens, & (quod ipſum Amos nomen indicat) armentarius, quem ex bobus paſcendis Deus de magnis præteritis, preſentibus, & futuris rebus legatum, & conſilij ſui interpretem miſit in Samariã, & ad gentes finitimas, ad prophetandam iram Dei ſuper illas venturam, & captiuitatem decem Tribuum in diebus Oziæ Regis Iuda, & in diebus Ieroboam, vt ipſemet initio ſuæ prophetiæ teſtatur. Tandem grauiſſimè in ſcelera inuectus à filio Amaſiæ ſacerdotis, vt teſtis eſt Epiphanius, fuſte inter tempora percuſſus interijt.

Epiph. lib. de vita, & morte Prophet.

De Prophetia Abdiæ. Cap. XXXV.

ABdias Hebraicè עבדיה, Græcè Δοῦλος Κυρίου, id eſt, ſeruus Domini, natus eſt (teſtante Epiphanio) in Sichem, quę eſt in agro Ethacmar. Eum dicit Hieronymus fuiſſe contemporaneũ Oſeæ, Ioelis, & Amos. Quod autem alibi dixit prophetam Abdiam eum fuiſſe, qui diſpenſator erat domus Achab, vt in tertio libro Regum legitur, & centum prophetas in ſpeluncis abditos pauit, cenſet Card. Bellarm. non ex mente ſua dixiſſe, ſed ex traditione quadam Iudaica: quæ traditio non alio fundamento nititur, niſi ſimilitudine nominis, quaſi non potuerint eſſe plures Abdiæ. Prophetauit contra Idumæos, & contra perſecutores filiorum Iſrael, de venturis ſuper eos calamitatibus, tempore Regis Ioſaphat,

Epiphan. S. Hieronym. in primum cap Oſeæ.

3. Reg. 18.3.

Bellarm. de Script. Eccleſiaſt. Epiphan.

anno Ozię 22. mundi 3157. & teſte Epiphanio, obijt in pace.

De Prophetia Ionæ. Cap. XXXVI.

IOnas Hebraicè יונה Græcè περιστερά, hoc eſt columba, ex regione fuit Opher, ex viculo Geth, qui temporibus Hieronymi Dioceſarea vocabatur, ſecundo à Sephorim milliario verſus Tyberiadem ſito in tribu Aſar, Epiphanius autem, qui eum Viduæ Sareptanæ filium putat, ab Helia ſuſcitatum, in Geth, ſeu in Chauaremaum in Tribu Dan, haud longè ab Azon natum tradit. Sed quo fundamento nitatur hęc traditio, non apparet, certè tempora parum cohęrent, cum prophetauerit Niniuitis ſubuerſionem Vrbis, tempore Oziæ Regis. *Epiphan.*

De Prophetia Michææ. Cap. XXXVII.

MIchæas Hebraicè מיכה Gręcè ὀχιῶν ex duabus orationis partib. nomen compoſitum, quod apud nos ſonat, quis quaſi, aut quis velut (vt ait Hieronymus in Prologo) interpretatur humilitas. Natus eſt in Moraſtite, qui iuxta Edentheropolim Paleſtinę in Tribu Ephraim haud grandis eſt vicus, ſiue (vt Ionathas Chaldæus tradit) in Vrbe Mareſa, quæ eſt in Tribu Iuda. Prophetauit circa annum mundi 3223. contra Ieruſalem, & Samariam de Aduentu Saluatoris, ſub turbulentis, ac perditis Ioathan, Achaz, & duris *S. Hieronym. in prologo in Mich.* *Ionathas Chald.*

Ezechiæ temporibus, vt contaminatum omni impietatis, vitiorum, & superstitionum genere Israeliticum, & Iudaicum Populum admonendo, accersendo, & exhortando, ad pœnitentiam quam diligentissimè reuocaret. Suam prophetiam breui libello complexus, diuino consilio, ac maxima cum vtilitate posteritati reliquit.

De Prophetia Nahum. Cap. XXXVIII.

NAhum נחום Græcè παράκλησις, id est amplexans, siue luctans: siue Nachum, id est Consolator, vt Hieronymus asserit, natus est in Oppido Elcesæ, citra Iordanem fluuium versus Bagabar, de Tribu Simeon, vnde & Elcesæus dictus est, qui viculus erat in Galilæa directus. Prophetauit Assyriis, & præcipuè Niniuitis relapsis eorum excidium, & grauissimum hactenus etiam iacentis populi casum, vel post abductas decem tribus in captiuitatem a Salmanasar Rege Assyriorum, vt testantur S. Hieron. Theodoretus, & Theophylactus, in præfatione in Nahum, qui etiam volunt eum prophetasse tempore Ezechiæ circa annum mundi 3264. Mortuus tamen est sub Imperio Regis Manasse, & sepultus fuit in Bagabar.

Hieron.

S. Hieron. in loc. hebr.

S. Hieron. Theodoret. Theophyl.

De Prophetia Habacuch. Cap. XXXIX.

HAbacuch חבקוק Græcè ἀμβακούμ ideſt, amplexans, siue luctans, quod in

certamen, & luctam cum Deo congreſſus, diſputat cum eo de proſperitate impiorum, alius quidem eſt ab eo, qui ad Danielem prandium retulit, vt oſtendit Ribera. Is è tribu Simeon natus eſt in agro Bazochar. Prophetauit (vt docet Epiphanius) contra Babylonem, & Nabuchodonoſor de aduentu Domini, & ſubuerſione Babylonici Regni, circa annum Manaſſe 37. mundi 3283. quo, ante duarum Tribuum captiuitatem, ſuam prophetiam, iuxta præceptum Domini ipſemet ſctipſit, & poſteris exaratam reliquit. Scripſerunt in hunc librum ex Neot. ſelect.

Ribera. prælud. 2.

Epiphan.

Thomas Beaux-amis Carmelita homilias 28. Pariſiis 1578. quo tempore viuebat.

Antonius Gueuara, tomum vnum commentar. Madriti 1585. quo anno viuebat.

Antonius Agelius de quo ſupra, tomum vnum comment. Ant. 1597.

De Prophetia Sophoniæ. Cap. XL.

SOphonias Hebraicè צפניה Græcè κεκρυμμένος κυρίου hoc eſt, arcanus Domini, è Tribu, & progenie Simeon, ex monte Sarabatha, filius Chroni, nepos Godoliæ, & Abnepos Amariæ, prophetauit in Ieruſalem, & vniuerſa Iudæa, de Idolorum deſtructione, & de diuinæ iuſtitiæ ſeueritate, tempore Ioſiæ anno 20. mundi 3323. adhuc ante captiuitatem Babylonicam, grauiſſima oratione apertè docens, nullum contumacium hominum flagitium, nullum ſcelus, aut vitium eſſe, quod

(nisi legitimæ pœnitentiæ rationibus opportunè curatum, expiatumque fuerit) seueriſſimi tandem Iudicij pœnas effugiat.

De Prophetia Aggæi. Cap. XLI.

AGgæus Hebraicè חגי Hagi Græcè ἑορταζων quem nos feſtiuum ſiue ſolemnem poſſumus dicere, iuuenis ad prophetiæ munus vocatus, prophetauit toti populo, qui erat in Iudæa, & Ieruſalem de reædificatione templi, quam illis ſerio præcipit, in fine captiuitatis Babylonicæ, anno ſecundo Darij Regis Perſarum menſe 6. vt ipſe initio ſuæ prophetiæ teſtatum reliquit, Zorobabelis 18. Mundi 3465.

De prophetia Zachariæ. Cap. XLII.

ZAcharias Hebraicè זכריה Græcè μνήμη κυρίου, id eſt, memoria Domini, filius fuit Barachiæ, & Nepos Abdo Prophetæ, ex terra Chaldæorum. Prophetauit eodem tempore, & eiſdem perſonis, quibus Aggæus, longiori tamen, & obſcuriori prophetia, eadem quoque dere, ſcilicet, reædificatione templi, & Aduentu Chriſti, duobus tantum poſt Aggæum menſibus. In hunc librum ex Neoter. ſelectioribus ſcripſerunt.

Franciſcus à Meſſana Hieronymianus, tomum vnum lecturarum, qui adiuncta eſt paraphraſis in omnes duodecim prophetas. Antuerpiæ 1597. quo tempore viuebat.

De Prophetia Malachiæ. Cap. XLIII.

MAlachias Hebraicè מלאכי Græcè Ἄγγελός μου, ideſt Nuncius meus, vt Cyrillus ait, ab officio tale nomen ſortitus eſt. Natus eſt (teſte Epiphanio) in Sopha, ex tribu Zabulon, tantaque vitæ ſanctimonia fuit præditus, vt Angelus ob id dictitatus putetur. Alij, vt obſeruat Card. Bellarminus, voluerunt Malachiam fuiſſe Eſdram, & dictum Angelum ob ſapientiam, & puritatem vitæ, ſed verior eſt contraria ſententia, quæ eſt S. Auguſtini, & aliorum, qui illum etiam diuerſum ab Eſdra fatentur. Prophetauit poſt Aggęum, & Zachariam tempore Artaxerſis Regis Perſarum anno mundi 3521. in Iſrael de futura ſacrificiorum ſublatione, & Eliæ aduentu, Chriſti pręcurſore, eiſdem temporibus, quibus & Zacharias, poſt reditum à Babylone, & reſtaurationem Ciuitatis. Is teſte Epiphanio, adhuc iuuenis quieuit in pace. Scripſerunt ex Neotericor. ſelect. in hunc librum.

Cyrillus. Epiphan.

Bellarm. de Script. Eccl.

S. Aug. de Ciu. Dei ca. 36.

Epiphan.

Mathurinus Quadratus Franciſcanus, tomum vnum homiliarum Pariſiis 1585.

Petrus de Figuerio Canonicus Regularis Congregationis S. Crucis Conimbriæ, tomum vnum commentariorum Lugduni 1596.

De Libris Machabæorum. Cap. XLIV.

Orig apud Euseb. lib. 6. ca. 25 Serarius

TEstatur Origenes apud Eusebium horum librorum inscriptionem fuisse Σαρβὴθ σαρβανὲλ cuius, vt aduertit Serarius in suis huius libri præloquijs, varius est sensus, hoc est, Princeps Domus, Princeps filiorum Dei, seu Princeps in angustia filiorum Dei, seu sceptrum rebellium Dei. Hodie simpliciter, & apud Græcos, & apud Latinos Machabæorum libri inscribuntur, & quidem à Iuda sacrorum bellorum Duce, de quo maxima horum librorum pars agit, cognominato Machabæo, vt Iosephus Gorionius ait, ob eiusdem virtutem, & robur in hostes debellandos, vel ex quatuor literis, quas suis in vexillis Iudas inscripsit מכבי quæ, in Hebræo significant, *Quis similis tui in fortibus Domine*, quæ vox cum dimanauerit deindè ab ipso ad eius fratres, & alios, qui fortiter ijs temporibus se se gesserunt in bello, non Machabæi libri, sed Machabæorum sunt dictitati. Ex ijs tantum duo priores, qui in Bibliis circumferuntur, ab Ecclesia Catholica agniti sunt Canonici. Tertius enim Græcus inuenitur in Græca Septuaginta editione Romana, Latinus ex traductione Flaminij Nobilij, & citatur ab Eusebio in Chronicis. Quartus extat Græcè Lugduni in Bibliotheca Sanctis Pagnini, vbi illum se vidisse refert Sixtus Senensis, qui tamen inter apochrypha scripta numerandi sunt, cum à nullo sint approbati

Gorionius lib. 3. c. 3.

Exod. 15. 7.

Euseb. in Chr. Olymp. 140.

Sixtus Senens. Biblio. Lib. 1.

Generali Concilio, ſed totius Eccleſiæ ſenſu à ſacrorum ſerie librorum excluſi, & expuncti. His autem libris monſtrantur, quemadmodum è Iudæis vir princeps arma contra impios ſumpſerit, eiuſque filij fortiſſimè dimicando Iſraelis libertatem, ſuæque familiæ regiam dignitatem pepererint, Regnante in Syria Seleuco huius nominis quarto Antiochi Magni filio natu maiori, qui regnauit ann. 12. otioſus, nec admodum potens, propter cladem, quam pater acceperat. Prior continet res geſtas Mathathiæ, & trium filiorum eius, Iudæ Machabæi, & Simonis, ab anno mundi 3822. vſque ad an. 3856. Poſterior eandem hiſtoriam continet, & paulo altius incipit, & narrat martyrium inſigne Eleazari, & ſeptem puerorum Machabæorum, ac matris ipſorum. Duorum priorum librorum, quos tantum Canonicos diximus, incertus eſt compilator, ni Philonem cum Honorio Auguſtodunenſi fuiſſe contendamus, vel cum Card. Bellarmino Ioannem Hircanum filium Simonis, qui rebus omnibus interfuit, & fuit ſummus Sacerdos poſt patrem ſuum Simonem, certum tamen eſt ſecundum ex eis, è quinque libris Iaſonis Cyrenæi de rebus geſtis Iudę, & fratrum copioſius editis fuiſſe excerptum, ſic Sacra Hiſtoria: *Itemque ab Jaſone Cyrenæo quinque libris comprehenſa, tentabimus nos uno volumine breuiare.* Hos libros agnouerunt Cypr. de exhortatione martyr. c. 11. D. Ambroſ. lib. de Iacob. & vita Beata c. 11. & 12. D. Auguſt. lib. 2. contra epiſt. Gaudentij c. 23.

Bellarm. de ſcript. Eccleſ. Machab. 2. c. 2. 24.

& lib.18.de Ciu.Dei cap.36.& S.Leo in ſerm. de eiſdem Machabęis, ex Neot. ſelect. in hos libros ſcripſerunt.

Ioſephus Stephanus, tomum vnum comment.de bello ſacro religionis cauſa ſuſcepto, à cap. 1.ad 4.Oriolæ 1603. quo anno viuebat.

Nicolaus Serarius Soc.Ieſu, tomum vnum comment.ac quæſt.Moguntiæ 1599.& Pariſiis 1911.

De Nouo Teſtamento. Cap. XLV.

NOuum Teſtamentum pars illa eſt Bibliorum à Spiritu Sancto dictata poſt Chriſti aduentum,non ſicut Vetus infirmum, nihil ad perfectum adducens, ſed virtus, & potentia Dei ad ſalutem omni credenti. Non ſicut illud tabulis exaratum lapideis, aut atramento, ſed ſpiritu Dei viui in tabulis cordis carnalibus:Non prohibens ingreſſum in Sancta Sanctorum,non huius mundi promittens præmia, non terrore incutiens, non iugum graue,& importabile, non temporarium,non vni tãtum populo datum,ſed Cœli fores aperiens,Cœleſtia, ac æterna pollicens præmia: Spiritum dans adoptionis filiorum,in quo clamamus:Abba Pater:Onus leue, & ſuaue, Æternũ,& inuariabile:Veteris vmbras, omnesque typos illuſtrans,& continens tandem Teſtatoris ſupremi Chriſti Domini voluntatem, nouumque fœdus à Deo cũ populo ſuo initum:Etenim vox teſtamentum, in ſcripturis Sacris non infrequenter etiam pro fœdere

Rom 1.16.

2.Cor.3.2. Hebr. 9. per tot.

Hebr.7. 28.

Rom.8.15. Matt.11.30 Hebr.10.1. ad Coloſſ.2. 18.

accipitur, cum voci Hebreæ ברית Berith respondeat, quo pactum, seu fœdus significat, vt psal. 82. *Testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ, &c.* id est fecerunt pactum, vbi August. *Testamentum in scripturis non illud solum dicitur, quod non valet nisi testatoribus mortuis, sed omne pactum, & placitum, testamentum vocatur.* Et itaque testamentum pactum à Deo cum hominibus initum, testamenti tamen propriam habens rationẽ, quod illud propriè est, vt Ambrosius ait, *quo defertur bonorum hereditas per mortem testatoris*, quæ mors in veteri testamento in vmbra sanguinis effusi, vt Paulus ait, in nouo vero re ipsa intercessit in morte Christi. Vide de eo plura apud Berradium in Commẽtarijs in Concordiam Euangelicam, *In illud* ait, Hierony. *Apostoli, & Euangelistæ aliquando veteris Testamẽti, adducunt testimonia, vt sensum & non verba citent, sermonum, tamen varietas spiritus vnitate cõcordat, quamuis nec cum septuaginta, nec cum Hebræis verba conueniant*, & alibi, *Apostoli*, inquit, *& Euangelistæ, vbicumque de veteri testamento ponunt testimonia, si inter Hebraicum, & Septuaginta nulla sit diuersitas, tunc vel suis, vel Septuaginta interpretum verbis vti solent: si autem aliter in Hebræo, aliter in veteri editione sensus est, Hebraicum magis, quam Septuaginta interpretes sequuntur.* Hæc Hieronymus. In hunc librum ex Neot. select. scripsit.

psalm. 82. 6.

S. Augu. in Psalm. 82.

S. Ambros. de Cain, & Abel. lib. 1. c. 7. Hebr. 9. 22. Barrad. to. 1. lib. 1. S. Hieron. epist. 101. ad Pammach. to. 2. & præfat. ad Eusthoch. in Esaiam lib. 15.

Alphonsus Salmeron Soc. Iesu, qui obijt anno 1585. tom. 16. primum de prolegomenis in vniuersam scripturam, secundum de

Incarnatione verbi, tertium de Infantia, & pueritia Christi, quartum de Historia Euangelica, quintum de sermone Domini in monte, sextum de Christi miraculis, septimum de Parabolis, octauum de Disputationibus Christi, nouum de Sacrosancta Eucharistia, & sermone Domini in cœna, decimum de Passione, & morte Domini, vndecimum de Resurrectione, & Ascēsione Domini, duodecimum in Acta Apostolorum, decimum tertium Prologomenon in Epistolas Pauli, & Comment. in epist. ad Rom. decimum quartum in vtramque epist. ad Corinth. in epist. ad Galathas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, & Thessalonicenses, decimum quintum in vtramque epist. ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, & ad Hebræos, decimum sextum in septem epistolas Canonicas. Coloniæ typis Gymnici 1604.

De quatuor Euangeliorum Libris.

Cap. XLVI.

EVangelij vox est Greca, boni, faustique nuncij significationem habens, ab εὖ, quod est bonum, & ἀγγέλλω, quod est nuntio, desumpta. Apud prophanos auctores (vt apud Homerum) aliquando sumitur pro præmio lætum nuncium afferenti dato, & pro sacrificio, & supplicationibus susceptis pro iucundo nuncio: Vnde Euangelium bonum est nuncium, quale videlicet afferri solet parta victoria, & fusis hostibus, de qua re

Homer. Odyss.

lege

lege eruditiſſimum Budæum. Cæterum Chriſtiana ſchola pro ipſo fauſto, lętoque nuncio vtitur, quod magni Conſilij Angelus Chriſtus Saluator humano generi attulit vitæ, ſalutis quæ æternę, quo nullum lætius, nullum iucundius, nullum gratius nuncium eſſe poteſt: quod Euangelium Regni apud Matth. dicitur, & apud Luc. in actis Euangel. gratiæ Dei Euang. pacis apud Paulum ad Rom. & Euangel. gloriæ B. Dei, apud eundem ad Timot. Verum quando Euang. ſecundum Matthæum, ſeu ſecundum Lucam, &c. dicitur, nomine Euangelij ſignificatur hiſtoria, qua Saluatoris fauſtum ſalutis nuntium afferentis geſta deſcribuntur, quam licet plures conati ſint contexere, vt Lucas, & Veterum Patrũ monumenta teſtantur, cum tamen id ſine ſpiritu, & gratia Dei conati ſint, omnes ſunt ab Eccleſia Sancta Chriſti reiecti: *Sinè conatu enim ſunt donationes, & gratia Dei*, ait Ambroſ. *quæ vbi ſe infuderit, rigare conſueuit, vt non egeat, ſed redundet ſcriptoris ingenium.* Non conatus eſt Matthæus, non conatus eſt Marcus, nõ Ioannes, non Lucas, ſed diuino Spiritu vbertatem dictorum, rerumque omnia miniſtrante, ſine vllo molimine cæpta compleuerunt. Idcirco horum quatuor tantummodo Euangelia recipit Sacroſancta Eccleſia, vt potè à quatuor diuino numine, & veritate plenis Euangeliſtis manantia. Narrant, vt diximus, hiſtoriam Chriſti, hunc ſibi præcipuum præfigentes ſcopum, vt Chriſtum Dominum verum eſſe Meſſiam in lege promiſſum, & adũ-

Budæus in Pand. tit. de off. præfat. prætor.

Matth. 4. 23.

Act. 20. 24. Ro. 10. 15. Timot. 2. 11.

Ambroſ. in Luc.

bratum, à Prophetis prænuntiatum, ac à veteribus Patribus ſummis deſiderijs concupitũ oſtendant, eumque manifeſtent Regẽ Mundi, Saluatorem, Sacerdotem, verum Deum Patri, Deoque conſubſtantialem. Ex Neoter. ſelect. in hos libros ſcripſerunt.

Cornelius Ianſenius, qui ann. 1571. viuebat, partes 4. comment. in ſuam concordiã Euangel. Lugd. 1582.

Io. Maldonatus Soc. Ieſu, de quo ſupra, tomum vnum comment. Lugduni 1607.

Sebaſtianus Barradius Soc. Ieſu, qui adhuc viuit, tomos quatuor comment. in concordiam & hiſtoriam iuxta ſenſum literalem, & moralem. Venetiis in variis temporibus, ſed emendatius Lugduni 1611.

Franciſcus Lucabrugenſis, qui adhuc viuit, tomos tres commentar. iuxta ſenſum literalem. Primum in Matthæum, & Marcum.

Secundum in Lucam, & Ioannem: eorum tamen, quæ habent communia cum aliis Euangeliſtis.

Tertium eorum quæ propria Lucæ, & Io. ad c. 6. erant, quæ deſunt pauca, adhuc deſiderantur.

Adiectæ ſunt in fine ſecundi tomi notæ ad omnes Euang. iuxta Lat. & Græcam editionem, & tract. de Chaldaica S. Scripturæ paraphraſi, Antuerpiæ 1606.

De Euangelio ſancti Matthæi. CHAP. XLVII.

Marc. 2. 14. Luc. 5. 27.

MAttheus, qui & Leui à Marco, & Luca appellatur, Alphei filius, ex Publicano Apoſtolus, inter quatuor Euangeliſtas primus ponitur quia teſte Hieronymo primus Euangelium ſcripturæ dradidit. Et quidem, vt idem ait, in Iudæa, ad Iudæos, Hebraicè, Olympiade 204. (vt habet Euſebius) hoc eſt anno Domini 41. octauo poſt Aſcenſionem, tertio Imperij Caligulæ, quando SS. Petrus, & Paulus, teſte Irenæo, Romæ euangelizantes fundarunt Eccleſiam, interpretante Iacobo fratre Domini ſecundũ carnem. *Matthæus*, inquit Chryſoſtomus, *accedentibus his, qui ex Iudæis Chriſto crediderunt, & rogantibus, vt quæ verbis docuiſſet, hæc eis literis ſeruanda dimitteret, Hebræo ſermone Euangelium ſcripſiſſe dicitur*, quod etiam aſſerit Hieronymus, Gyrillus Ieroſolymitanus, Irenæus, Epiphanius, & omnes ferè Patres. Euſebius etiam ſcribit Pantænum Euangelij Chriſti Prædicatorem Orientalibus gentibus deputatum, & ad Indiam vſque miſſum, apud Indos quoſdam, quibus Bartholomæus vnus ex Apoſtolis prædicauerat, Euangelium Matthæi reperiſſe, quod eis Bartolomæus ſcriptũ Hebr. literis reliquerat. Cedrenus etiã narrat repertum Euangelium Matth. in Cypro propè reliquias S. Barnabæ, ipſius Barnabæ manu deſcriptũ, & à Zenone in Palatio repoſitũ

Hieron. de ſcrip. Eccleſ.

Euſeb. in Chron.

Iren. lib. 3. c. 1.

Chryſoſt. in oper. imp. hom. 1.

Hieronym. præfat. in Matth. Cytill. Catec. 14 Iren. & Epip. euſeb. l. 5. hiſt. c. 10.

Cedren. in comp. hiſtoriarum.

esse. Proprium habuit argumentum demonstrare Christum verum Messiam ex progenie Dauid, idque eo consilio, vt qui ad Hebræos scriberet secundum carnem Christum expectantes, eum iam venisse, & ex Abraham stirpe, & semine Dauid exortum cum primis esse demonstraret. Scripserunt in hunc Euangelium, ex Neot. select.

Paulus de Palatio, qui viuebat anno 1571. tomos duos: primum enarrationum ex selectioribus Patribus, qui summo ingenio, parique eruditione super Matthæi Euang. scripserunt Salmanticæ 1571.

Secundum, in quo habentur noua super eodem Euang. eiusdem comment. Ibidem, & postea Venetiis, Parisiis, & alibi.

Alphonsus de Auendano Ord. Præd. tomos duos commentar. in quibus sensum literalem non modo explicat, sed plures etiam ad populum conciones luculentissimè scriptas habet: primum à cap. 1. vsque ad 12.

Secundum à cap. 13. vsque ad fin. Madriti. 1592. quo anno viuebat.

De Euangelio S. Marci.

CAP. XLVIII.

FVit Marcus Israelita, ex tribu Leui oriundus, Petri Apostoli discipulus, & interpres, quem vnum, eundemque grauissimi scriptores existimant cum Ioillo Marco consobrino Barnabæ: falso tamen, vt constat ex Martyrologio Romano, qui de Euangelista

Martyrolo.

quidem meminit vigesimaquinta die Aprilis, de altero vero vigesima septima die Septembris. Falso etiam de eo ferunt pollicem sibi præcidisse, ne Episcopus, aut Sacerdos fieret, quod Marco Anachoretæ, non Euangelistæ, contigisse Baronius, & alii recentiores demonstrãt. Romæ à fidelibus rogatus, vt priusquam alio auocaretur, quę ex Petri prædicãtis ore audierant, acta Iesu Saluatoris scripturæ traderet, vel, vt vult Irenæus, à B. Petro iussus anno ab Ascensione Domini decimo breue scripsit Euangelium, plura in eo omittens, quę à Matthæo fuerant explicata, in recensendis doctrinis illo parcior, in narrandis tamen aliquibus historiis fusior: quod cum Petrus legisset, approbauit, & Ecclesiæ sua auctoritate legendum tradidit. Scripsit, vt placet Damaso, & magis probo cum Baronio, licet Hieronymus, & Augustinus aliter sentiant, primum sermone Latino, quo illi vtebantur, à quibus fuerat rogatus: quod Syriacus textus non obscurè indicat, dum in fine sui Euangelii: sic ait: *Finit Euangeliũ Sanctum Euangelium Marci, quod locutus est, & euãgeliz̃auit Romæ Romanè*, licet quod nos habemus latinum ex Græco, censeam cum Luca Brugensi non ab ipso S. Marco conscriptum, sed ab alio interprete Latinè redditum à quo cętera. Deinde verò cum in Aquileiam Venetæ Prouinciæ Ciuitatem à S. Petro missus venisset, ibi idem Euangelium iterum Græco eloquio exarauit: quod vsque hodie in Aquileiensi Ecclesia cum eburnea Sede, in

Baronius.

Iren. hæres. 32.

S. Hieron. S. Augustin. lib. 1. c. 2. de consens. Euangelist. Damas. in Vita S. Petri tomo 1. Concil. Baronius. Textus Syriacus. Lucas Brugensis.

qua illud ſcripſerat, oſtendi, & congrua deuotione reſeruari dicitur. Proprium habuit argumentum Chriſtum Regem, & Imperatorem eſſe demonſtrare, quod facit, ſummã eius poteſtatem deſcribens, ac obſequium, quod illi tanquam omnium Imperatori reliquæ poteſtates impẽdunt. Martyrio coronatus eſt anno octauo Neronis Chriſti 44.

De Euangelio ſancti Lucæ.

CHAP. XLIX.

LVcas, vt eius ſcriptura indicant, natione Syrus, ex nobili Ciuitate Antiochia, ab Epiphanio inter Septuaginta duos Domini Diſcipulos numeratus. quæ etiam nonnulli, vt refert Theophylact. alterum fuiſſe. putarunt ex duobus diſcipulis petentibus oppidum Emmaus, quibus Chriſtus ad vitam reuocatus apparuit, Græci ſermonis peritus. vndè ſermo eius comptior eſt, magiſque teſtimonijs Græcis vtitur, quam Hebræis: Vir, vt ait Hieronym. ſummæ induſtriæ, diſcendi ſtudioſus, laboris patientiſſimus, qui vitã duxit cælibem vſque ad annos 84. ætatis ſuæ, quibus abſolutis ex hac vita deceſſit. Fuit, vt ait Paulus, Medicus: vnde ſicut Apoſtoli de piſcatoribus piſcium piſcatores hominum facti ſunt, ita ille de medico corporum in medicum verſus eſt animarum. S. Pauli indiuiduus comes, & ſectator fuit? à quo in perſecutionibus diſtrahi ſe nulla pacto permiſit quare, ait idem Paulus, *Lucas eſt mecum ſolus*, Fertur teſte Nic. primũ Chriſti, & eius Matris

Epiph. li 1. to. 1. in fin.

Theophyla. in argumento Euangel.

Hieronym. in Catal.

Paul. ad Coloſ. 4. 14.

2. Timot. 4. 11.

atque itē Princ. Apoſtolorum effigiem pingē- *Nicoph. Hi-*
di arte adumbraſſe. Poſt Chriſti Aſcenſionem *ſtor. Eccl. li.*
circa ann. 15. (vt refert Theophylactus) Scri- *2. c. 43.*
pſit euangeliū, & quidem, (vt Syri eius Euan- *Theophyl.*
gelio præponunt) Ionicè in Alexandria Ma-
gna, & (vt ait Hieronymus) in Achaiæ, & *Hieronym.*
Baetiæ partibus, prolixius, quàm cæteri Euan-
geliſtæ, & quidem *Hiſtorico ſtylo* (ait Ambro- *Ambroſ. in*
ſius) *velut quendam hiſtoricum ordinem tenuit, & præfat.*
plura nobis geſtorum Domini miracula reuelauit, ita
tamen, vt omnes ſapientiæ virtutes Euangelij iſtius
complectetur hiſtoria. Docet naturalia, docet
moralia, docet etiam rationabilia. Circa Sa-
cerdotalem Domini ſtirpem, atque perſonam
magis occupatus cæteris videtur, vndè per vi-
tulum ſignificatus eſt, propter maximam vi-
ctimam Sacerdotij. Cauſam ſuæ ſcriptionis
finalem in prologo ſui Euangelij poſuit, *vt ha-*
beas, inquit, *eorum verborum, de quibus eruditus* *Hierony. de*
es, veritatem. Collegit enim ipſe ſuum Euan- *ſcript. Eccl.*
gelium, non ſolum [vt aliquibus placuit] ex *Iſid. de Pa-*
ſacris Pauli concionibus, ſed etiam ex Apo- *no. teſt. Me-*
ſtolorum doctrina. Incertum, an martyrio *taphraſt. in*
coronatus. Morte naturali obijſſe innuunt *Luc. Naz.*
Hieronymus, Iſidorus, Metaphraſt. Martyrio *orat. 1. to.*
coronatum affirmant Nazianzenus, Pauli- *Iul. Paulin.*
nus, Gaudentius, Nicephorus, & Glycas. Vi- *ad Seuer. ep.*
de Card. Baronium in annot. ad Martyrolog. *12. Gaud.*
Rom. 18. Octob. In hoc Euangelium ex Neo- *ſerm. 17. in*
ter. ſelect. ſcripſ. *D. edicat.*
Eccl. Nice-
phor. hiſt.
lib. 2. c. 43.
Glyc. An-
nal. lib. 3.
Baron.

Didacus Stella Ord. Minorum de Obſer-
uantia, tomos duos comment.

Primum à cap. 1. ad 9.

Secundum à cap. 10. vſque in finem, qui

tamen iuxta præſcriptum Indicis expurgatorij expurgandi ſunt, præter Antuerpienſes poſt annum 1581. apud Viduam, qui emendati prodierunt.

Hieronymus Gualdalupenſis. Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redempt. captiuorum, de quo ſupra, tomum vnum à cap. 1. ad 6. incluſiué, in quo vtiliſſimas moralitates Concionatoribus ſubminiſtrat. Valentiæ 1598.

Gaſpar à Melo Auguſtinianus tomum vnũ comment. Valliſoleti 1597. quo tempore adhuc viuebat.

Franciſcus Toletus ex Soc. Ieſu S. R. E. Cardinalis, qui anno 1596. ex hac vita deceſſit, tomum vnum commentar. & annot. à cap. 1. vſque ad 12, Romæ 1600.

De Euangelio ſancti Ioannis.

CHAP. I.

IOannes Iacobi Apoſtoli, & ipſe Apoſtolus, frater, filius Zebedæi, à Chriſto peculiariter dilectus cui, vt eſt in Euãg. Chriſtus in Cruce moriturus, matrem ſuam commendauit, in diuiſione Apoſtolorum, vt probat Cardin. Baron. cum prædicta Sanctiſſima, Matre Ieſu Domini Noſtri MARIA, profectus eſt Epheſum: vnde ſub Domitiano Imp. vinctus, miſſus eſt Romam & in dolium feruentis olei iniectus è quo illæſus exiens, relegatus eſt in exilium in Inſulam Pathmos, vbi vidit, & ſcripſit Apocalypſim, Ab exilio liberatus, ſum Imp. Nerua. Epheſ.

Baron. to. 1.

redijt, vbi paulo poſt expleto (vt ait Epiphanius) vitæ ſuæ anno 90. rogatus ab Aſiæ Epiſcopis, aduerſus Corinthum, aliosque hæreticos, & maximè Ebionitarum Dogma, tunc exurgens, qui aſſerebant Chriſtum ante MARIAM non fuiſſe, Græcè ſcripſit Euangelium, & Epiſtolas ſuas Canonicas tres, de quibus ſuis locis. Cumque tres alios Euangeliſtas, in eo maximè ſermone verſatos cognoſceret, qui de Saluatoris erat humanitate, Diuino actus Spiritu, proprium habuit argumẽtum, de Diuina Chriſti natura plura enarrare, quæque ab aliis prætermiſſa fuerant geſta Chriſti, antequam Baptiſta Ioannes carcere clauderetur, exponere. Peruenit (teſte Euſebio, & Hieronymo) vſque ad tempora Traiani Imp. & Epheſi 68. poſt paſſionem Domini anno, qui erat annus à Natiuitate eiuſdem Domini Noſtri 100. vel 101. in pace quieuit, ætatis ſuæ ann. 93. Vide citatum Car. Bron. anno 101. ex Neot. ſelect. in hoc Euangelium ſcripſ.

Epiph. hæreſ. 51.

Euſ. in Chron. Hier. de ſcript. Eccl.

Baron. to. 2.

Franciſcus Toletus, tomos duos commentariorum & annotationum: primum vſque ad cap. 12.

Secundum à cap. 13. ad 21. Lugduni 1589. & Romæ 1588. & paucis poſt annis in forma minori cum nouis additionib. Romæ, & Brixiæ.

Benedictus Pererius Soc. Ieſu tomos duos diſputationum ſelectarum: primum à cap. 1. ad 9. Lugduni 1608.

Secundum à cap. 10. ad 14. incluſiuè ibidem 1610.

De Libro Actuum Apostolorum.

Cap. LI.

MOnet titulus huius libri argumentum: Tametsi enim pars operis maxima Pauli gesta commemoret: de aliis tamen Apostolis multa etiam grauissima prodit, & quia Actorum nomine comprehenditur, quicquid docetur, & præscribitur (vt obseruat Lorinus) perindè ac annalium vox: hinc est, vt etiam viginti duæ Apostolorum conciones, hoc libro sub eodem nomine contineantur. Syrus interpres hunc præfixit titulum: *Liber Actuum, hæc autem est historia Beatorum Apostolorũ, quam collegit S. Dominus meus Lucas Euangelista*: & quidem Græca lingua nitida, & eleganti, quippè quam pro se callebat, in eaque stylo historico peruenit (vt ait Hieronymus) vsque ad biennium Romæ commorantis Pauli, id est vsque ad quartum Neronis annum, *ex quo* (ait idem) *intelligimus in eadem Vrbe librum esse conscriptum*, anno 61. (ait Card. Baronius) à Christo nato, qui fuit Neronis quintus. Quoniam autem Lucas non semper ita indiuiduus fuit Pauli comes, quin interdum ab eo abfuerit, ideo plura, licet grauissima, prætermittens, aut strictim attingens, ea tantum, quibus interfuit, distinctè, atque integrè sibi narranda suscepit. Est autem hæc Apostolorum historia summè cum Euangelica coniuncta, necessarioque connexa, ibi enim fru-

S. Hieron. de script. Eccl.

Baron. to. 1.

menti granum deſcribitur terræ ſolo cõmendatum, hic vero iam enatum, & ſuas paulatim aperiens, & proferens opes, dum videlicet non ſolum quæ Eccleſiæ extiterit infantia, ſed quæ illius inter pericula actio, & quantis fluctibus, ac procellis expoſita (ex quibus tamen ſemper ſpecioſior, ac firmior, Dei munere, emerſit) enarratur. In hunc librum ex Neor. ſelect. ſcripſit.

Io. Lorinus Soc. Ieſu, qui adhuc viuit, tomum vnum comment. Lugduni 1609.

De *Epiſtolis B. Pauli.* Cap. LII.

PAulus Apoſtolus, qui Saulus ante ſuam conuerſionem eſt dictitatus, extra numerum duodecim Apoſtolorum, Iudæus de Tribu Beniamin, natus Tharſi Ciliciæ non ignobili oppido, (non Giſcali, vt aliquando S. Hieronymus ſcripſit, & poſtea retractauit, in Comment. vltimæ epiſt. ad Philemonem) à parentibus ob ſtudia legis miſſus Ieroſolymam, à Gamaliele viro doctiſſimo (cuius Lucas meminit) eruditus eſt, tantumque eo præceptore in doctrina legis Moyſi, & paternarum traditionum profecit, vt multos coætaneos in genere ſuo ſuperaret, & in ordinem Phariſæorum cooptaretur. Scænofactoriam artem, qua fiebant pertinentia ad tabernacula, vel vmbracula, pelles, funes, & alia, didicit. Æmulator exiſtẽs paternarum traditionum, arbitratus ſe magnum obſequium præſtare Deo, Chriſtianos omnes non ſolum Ieroſolymis eſt perſequutus, & cuſtos factus eſt

Act. 22. 3.

S. Hieron. in epiſt. ad Philem. 2.

veſtimentorum lapidantium Protomartyrem Stephanum, ſed poſtulans quoque literas à
Act. 9.2. Principibus Sacerdotum ad Synagogas, in Damaſcum profectus eſt, vt Chriſtianos ibidem repertos, vinctos perduceret in Ieruſalem. Adoleſcens, hoc eſt *ſicut Card. Baronius*
Baron. to. 1. Annal. anno Chriſti 36. *explicat*, vir iuuenis annorum 35. natus, anno Chriſti 36. die 25. Ianuarij, ſecundo poſt Dominicam Aſcenſionem, Moſaycis renunciauit cæremoniis. Neque enim placet eorum ſententia, qui eum ad Chriſtum conuerſum eo ipſo anno, quo lapidatus eſt Stephanus, aſſerunt. nam effluxerat à die paſſionis Domini, vſque ad ſuæ conuerſionis diem vnus annus ſupra decem menſes, à nece vero Stephani tredecim menſes. *Vide Card. Baronium, &*
Baron. vbi ſupra. Pererium. Moxque cæpit Chriſtum publicè
Perer. epiſt. ad Rom. in prol. à ſſ. 1. num. 25. Damaſci, & alibi prædicare, & poſt annos octo, Dei monitu, cum Barnaba profectus eſt
Act 13.2. Antiochiam, vbi erant Prophetæ, & Doctores, inter quos diu conuerſati, Spiritus ſancti
Baron. ann. 44. iuſſu, ordinati ſunt ab ijſdem Sacerdotes. Cælebs fuit, Orationibus, vigiliis, & ieiuniis de-
1 Cor. 7.7. ditus, ſollicitus pro colligendis eleemoſynis,
2. Cor. 11.7 Rom. 15.27. & 1. Cor. 16 eiſque pauperibus Chriſtianis Ieroſolymis habitantibus mittendis: numquam vinum bibit: raptus eſt vſque ad tertium cælum, non
2. & 3. Lorichius in Theſ. verbo Paulus n. 6. quidem in ſua conuerſione, quando à Chriſto vocatus eſt de cælo, & tribus diebus (vt narrat Lucas in Act.) non vidit, nec aliquid
Act. 22. Act 9.9 cibi, aut potus ſumpſit, nam ſuum ipſemet
2. Cor. 11.10 raptum commemorans, affirmat accidiſſe ante annos quatuordecim, qui computandi

cum sint à tempore, quo illam scribebat epistolam, sanè quidem, non eo, quo conuersus est anno (vt multis placet) sed post triennium raptum fuisse, necesse est affirmare: annos enim 17. ab anno suæ conuersionis vsque ad tempus illius epistolæ interfluxisse, diligenti animaduersione deprehendit citatus Cardin. Baronius *Statura* (ait Nicephorus Callistus) *erat pusillus, corpore scilicet paruo, & contracto, atque paululum inflexo, facie candida, annosque plures præseferente, & capite modico, oculis multa inerat gratia, supercilia deorsum versus vergebant, nasus pulchrè inflexus, idem longior, barba densior, satis promissa, eaque non minus, quam capitis coma, canis respersa.* Lucanus, à Card. Baronio indicatus, eum vocat recaluastrum, & naso aquilino præditum. Post peragratam Hispaniam, Romam reuersus à Nerone Imp. eo quod, vt placet Chrysost. eius Pellicem, vel, vt placet Theophylacto, & Oecum. Patroclum eiusdem Pincernam, è mortuis suscitatos ad fidem conuertisset, simul cum Petro, redemptionis nostræ anno 69. 3. kal. Iulij, ætatis suę 68. martyrij laurea Romæ est decoratus, in cuius martyrio illud mirabile contigit, quod à venis dissecti gutturis lac effluxit pro sanguine, & amputatum caput, virtute diuina, tribus se saltibus agitauit, tresque fonticulos, qui etiam hodie videntur, excitauit. Si plura de eo desideras exactè pertractata, vide citatum Card. Baron. Scripsit epistolas ad diuersos (de quibus singulis dicemus suis locis) numero quatuordecim, ad Romanos vnam, ad

Baron. vbi supra.

Niceph. Callist. li. 2. c. 37

Lucanus, Baron. ann. 69.

Chrys. in li. de vitup. vit. monast: Theophyl. Oecumen.

Baron. to. 1.

Corinth. duas, ad Galatas vnam, ad Ephesios vnam, ad Philip. vnam, ad Colossenses vnam, ad Thessalonicenses duas, ad timothæū duas ad Titū vnam, ad Philemonem vnam, ad Hebræos vnam quas omnes passim, vt rem compertam, ponere cuncti videntur eas Græcè fuisse conscriptas, præter eam, quam scripsit ad Hebræos, quam Hebraicè descripsisse probabilior est sententia: erat enim tunc temporis sermo Græcus tritissimus, quare, qui eo non vtebantur, saltem eum intelligebant, nec plures quā has quatuordecim scripsisse, communis est Patrum traditio. De epistola autem ad Laodicenses, cuius ad Colossenses scribens meminit, dum ait: *Et cum lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite vt in Laodicensium Ecclesia legatur, & eam, quæ Laodicensium est, vos legatis.* Licet alij dicant, verè esse Pauli, & ab alijs quatuordecim esse distinctam, probabilior tamen fert sententia illam vnam, eandemque esse cum illa, quam Paulus ad Timotheum per Tychicem Diaconum ex Laodicea misit, quod ex translatione Vatabli non obscurè significatur, qui locum supra indicatum Pauli sic legit: *Facite, vt hæc epistola legatur in Laodicensium Ecclesia, & eam, quæ scripta est ex Laodicea, vt vos quoque legatis.* Et quæ circumfertur extra sacrorum Bibliorum Canonem ad Laodicenses scripta, non esse illam, de qua Paulus meminit, ex eo patet, quia eadem continet, quæ fusius in scripta ad Colossenses habentur: quare inanis fuisset repetitio, & frustratoria nugacitas eam legere,

ad Coloss. 5. 27.

Medin. lib. 6. direct. in Deum fid. c. 6. in prin. Vatablus.

vt Paulus eiſdem Coloſſenſibus præcipit. De alia vero epiſtola ad Corinthios, quam ante duas in canone repoſitas nonnulli aſſerunt à Paulo ſcriptam, ex eo quia eiſdem ille ſcribēs inquit, *Scripſi vobis in epiſtola, non commiſceamini fornicariis*, dicendum eſt cum Chryſoſtomo, & Theophylacto, non aliam eſſe ab ea, quam tunc idem Paulus ſcribebat, nam & nos aliquando ſcribentes, quam ſcribimus epiſtolam, indicamus, dicimusque idem velle nos agere, quod ſcripſimus, vel, hoc, & hoc contigit, ſed verum eſt quod ſcripſimus, &c. Feruntur etiam ſub eiuſdem Pauli nomine breues quædam epiſtolæ ad Senecam, quas S. Hieronymus non videtur contempſiſſe, ſed Eccleſia Catholica illas in Catalogo ſcripturarum non poſuit, ac per hoc S. Pauli eas eſſe non cenſuit. In illas omnes ex ſelectioribus neotericis ſcripſerunt.

1. Cor. 5. 9.

Chryſoſt. & Theophyl. in locum Pauli ſup. indicatum.

S. Hieron. Script. Eccl. in Senec.

Claudius Guilliaudus tomum vnum collationum, Lugduni 1543.

Franciſcus Titelmanus Ord. Minorum, tomum vnum elucidationum. Lugduni 1554.

Benedictus Iuſtinianus Societatis Ieſu, qui adhuc viuit, tomos tres explanationum, primum in epiſt. ad Romanos, & Corinthios. Lugduni 1612.

Secundum in reliquas epiſtolas. Ibidem 1613.

Tertium quæſt. in omnes epiſtolas, qui adhuc ſub manu auctoris eſt, & propediem in lucem dabitur.

De Epiſtola B. Pauli ad Romanos.

Cap. LIII.

PRimam, iuxta ordinem ſacrorum Bibliorum, hanc epiſtolam ad Romanos, ſcripſit Paulus ex Corintho, anno Chriſti 58. ætatis ſuæ 57. eamque per Phœben miniſtram Eccleſiæ Cenchrenſis miſit: quæ licet (vt Theodoretus docet) vltima ſit, quam ſcripſit ex Aſia, & Macedonia, & Achaia, locumque habeat ſeptimum, primo tamen eſt loco poſita, quia non ſolum dignitate, ac grauitate aliis omnibus facilè præponderat, ſed etiam quia ipſa Chriſtianæ inſtitutionis, ac pietatis prima rudimenta, & tamquam incunabula quædam continet, ac plurima in ea de fide, & gratia, & Chriſti meritis pertractantur. Nititur autem in ea Paulus Romanos nuper ex Iudæis, & Gentilibus conuerſos, ac de dignitate, & meritis eorum, qui ad Chriſtianam religionem erant admittendi, & ad Eccleſiaſtica miniſteria eligendi, inter ſe contendẽtes, ad mutuam concordiam reuocare. Eſt omnium difficillima, ob difficile argumentum, & elocutiones interdum confuſas, & minus explicatas. In illam ex ſelectioribus neotericis ſcripſerunt.

Baron. to. 1.

Theodor. in præfat. epiſtol. Pauli.

Franciſcus Toletus, tomum vnum comment. & annotat. Romæ, & alibi.

Benedictus Pererius, tomum vnum ſelectarum diſputationum numero 188. Ingolſtadij 1603. Lugduni, & alibi.

De Epi-

De *Epistolis* B. *Pauli ad Corinthios.*

CHAP. LIV.

QVæ iuxta ordinem sacrorum Bibliorum secunda ponitur Pauli Epistola, prima est, quam scripsit ad habitatores Corinthi, quæ Ciuitas est Metropolis Achaiæ, & decus Græciæ, dū esset Ephesi, anno Christi 57. eamque, vt obseruat Theodoretus, per Stephanum, & Fortunatum misit: studens sedare eorum dissidia, ac diuersas factiones, quas potissimum circa Euangelij prædicatores, circa Diuina Sacramenta, & Sacramentorum ministros, arrogantes quidam mundanæ sapientiæ professores exitauerāt. Postponitur epistolæ ad Romanos, quæ fidem docet, licet ante illam scripta sit. *Quoniam*, vt ait Anselmus, *eos qui fidem iam acceperant, in bono opere instruit.* *Theodor. in arg. 1. epist. ad Corinth.* *Anselm. in præf. ep. ad Rom. & in arg. epist. 1. ad Corint.*

Alteram vero epistolam ad Corinthios, in ordine sacrorum Bibliorum tertiam, scripsit Paulus, vt notat Card. Baronius, Nicepoli anno Christi 58. misitque eam per Titum, & Lucam, quia collaudans eos, hortatur etiam ad meliora, simulque admonet, vt bonos sacramentorum ministratores sequantur, falsos vero, ac malos reijciant. *Baro. to. 1.*

De *Epistola B. Pauli ad Galatas.*

CHAP. LV.

QVartam, iuxta ordinem sacrorum Bibliorum, hanc epistolam scripsit Paulus ad

Galatas, aduenas ſcilicet, qui morabantur in Galatia, prouincia, teſte Driedone, ſic appellata, quod in ea Galli, aliquando venientes, cum Græcis ſe miſcuerunt, vnde primum illa regio Gallogræcia, poſt Galatia eſt nominata ex Epheſo, poſtquã apud eos prædicauerat, anno Chriſti 55. aut 56. vt eodem anno oſtendit Card. Baronius, qui anno 54. de loco, & tempore ſcriptionis huius epiſtolæ dubitauerat, Ponitur poſt Epiſt. ad Romanos, & poſt primam & ſecundã ad Corinth. vt Anſelmus ait, *ob maximam, quam cum eis habet, cognationem.* Grauiter ea Galatas obiurgat, & à legis Moſaycæ ſeruitute, in quam relapſi fuerant, ad Euangelicam libertatem reuocat.

Io. Dried. de Scrip. eccleſ. lib. 1. c. 1. par. 3.

Baron. to. 1.

Anſelm. in arg. epiſt. ad Galat.

De Epiſtola B. Pauli ad Epheſios.
Cap. LVI.

QVintam hanc, iuxta ſacrorum Bibliorum ordinẽ, epiſtolam miſit Paulus ad Epheſios, populos ſic dictitatos ab Epheſo Ciuitate Metropoli Aſiæ, quam incolebant, per Tychicem ex carcere: ſcripſit eam, vt Card. Baronius probat, dum eſſet Romę in vinculis ſuis, anno Criſti 59. Collocatur poſt eam, quæ ſcripta eſt ad Galatas, quia, vt Anſelmus ait ſicut ibi Galatæ reuocantur ad fidẽ, ita hic Epheſii confirmantur in fide: ibi carnales legis obſeruantiæ ab illis, qui eas ſuſpicere cæperant, remouentur, hic ne ſuſcipi debeant, prædamnantur Præſcribit in ea ormam Chriſtianæ vitæ, quam ab eo Epheſii, iã n fide inſtructi, flagitauerant.

Baron. to. 1. ann. 59. Anſelm. in præf. epiſt. ad Epheſ.

De Epiſtola B. Pauli ad Philippenſes. Cap. LVII.

EST hæc, iuxta ordinem ſacrorum Bibliorum ſexta Pauli Epiſtola, quam dum Romæ in vinculis extaret, ſcripſit, & per Epaphrodimum miſit ad Philippenſes, ſic dictos, vt ait Chriſoſtomus, à Philippo Ciuitate Macedoniæ, Hortatur in ea Clerum ad mutuam concordiam, & ad tuēdam Eccleſiaſticam veritatam aduerſus Pſeudo apoſtolos Iudaiſmum ingerentes, & diuiſionem eccleſiæ molientes. *Chriſoſt. in prolog. ep. ad Philip.*

De Epiſtola B. Pauli ad Coloſſenſes. Cap. LVIII.

HAnc epiſtolam in ordine ſacrorum Bibliorum ſeptimam, ſcripſit Paulus ad Coloſſenſes, populos, teſte Chryſoſt. Coloſſi Ciuitatis Phrygiæ, itidem Romæ in vinculis ſuis, anno Chriſti 60. eamque, vt oſtendit Cardin. Baron. per Tychicem miſit. In qua Coloſſenſes multis adhuc Iudaicis, & Græcis ſuperſtitionibus implicitos corrigit: oſtendens non eſſe aliunde acceſſum ad Deum, quam per Chriſtum. *Chryſ. ho. 2.* *Baro. to. 1. anno. 60.*

De Epiſtolis B. Pauli ad Theſſalonicenſes. Cap. LIX.

DVas ſcripſit Paulus epiſtolas ad Theſſalonicenſes populos vrbis Theſſalonicæ, quæ eſt Metropolis regionis Macedoniæ. Primam

earum, quæ in ordine ſacrorum Bibliorum octaua eſt, ſcripſit (vt docet Card. Baronius) Corinthi, præſente Timotheo, anno Chriſti 52. eãque per Tychicem miſit. *Laudat* (ait Theodoretus) *eorum ſingularem in fide conſtantiam, deinde hortatur eoſdem, vt mortuorum certam expectent reſurrectionem: ſtũ etiam illos admonet, ne in Domini aduentu inueſtigando, nimis ſint curioſi, aut ſolliciti, animatque eos, vt ſicut in fide ſemel accepta perſtiterunt, ita illatas pro Chriſto perſecutiones alacri, & infracto animo perferant.* Alterã, quæ nona eſt in ordine ſacrorum Bibliorum, ſcripſit Paulus ex eodem loco, præſente etiam Timotheo, anno ſequenti, videlicet 53. & per eundem miſit. Eiuſdem penè eſt argumenti, ac prior; iterum eos confirmans ad afflictiones pro Chriſto viriliter perferendas.

Baron. to. 1. ann. 52.

Theodor. in argum.

Baron. vbi ſupra.

De Epiſtolis B. Pauli ad Timotheum.
Cap. LX.

DVas item ſcripſit epiſtolas Paulus ad Timotheum Epheſiorum Epiſcopum, qui (vt ait Hieronymus) fuit de ciuitate Lyſtrenſium, patre Græco, id eſt, Athenienſe, matre autem Iudæa, vt refert Apoſtolus. Quem puerum propè idem Paulus ſecum aſſumpſerat. Vnam, quæ eſt decima in ordine ſacrorum Bibliorum, ſcripſit ex Macedonia, anno Chriſti 57. eamque per Tychicem Diaconum miſit, inſtruens eum, quæ miniſtrum, ac Paſtorem Eccleſiæ deceant. Canones etiam illi præſcribens Eccleſiaſticos, de conſtituendis Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis. Alteram vero, quæ in ordine ſacrorum Bibliorum eſt vn-

Hieron. aduer. Vigil 2. Tim. 1.3.

Baron. to. 1.

decima, ſcripſit Romæ in vinculis, anno Chriſti 59. confirmans eundem Timotheum contra falſos prædicatores, & admonens, ne perſecutionum procellis deijciatur, ſimulque *inſtruens* (vt ait Anſelmus) *primum de omni regula veritatis, deinde etiam de his, quæ vltimis futura ſunt temporibus.* In illas ex Neotericis ſelectioribus ſcripſerunt. *Baron. vbi ſupra. Anſelm. in præf. 2. ad Timot.*

Coſma Magalianus libros tres, *Opus Hierarchicum*, inſcriptos, ſiue de Eccleſiaſtico Principatu. Lugduni 1609.

Ludouicus Soto maior Ord. Prædicatorum tomum vnum comment. Pariſiis 1610. quo anno viuebat.

De Epiſtola Beati Pauli ad Titum. Cap. LXI.

DVodecimam in ordine ſacrorum Bibliorum hanc epiſtolam ſcripſit Paulus anno Chriſti 68. ex Nicepoli Macedoniæ (dum Græciam peragraret) ad Titum, cui non ſolum Cretæ Inſulæ Græciæ, ſed & aliarum Pelagi adiacentium Inſularum curam demandauerat. Erat ille natione Græcus, Pauli diſcipulus, & in baptiſmo filius, vt docet Iſidorus, dicens: *Titus Pauli diſcipulus, & in baptiſmo ſpiritualis filius, natione Græcus, ex gentibus ſolus à Paulo circumciſus poſt Euangelium, quem ad inſtruendam Eccleſiam reliquit Apoſtolus Cretæ, ibique in pace defunctus eſt, atque ſepultus.* hęc ille. Docet hac epiſtola Paulus, quæ maximè conueniant Pontificiæ gubernationi, & ſtatui Eccleſiaſtico, *qualesque eſſe oporteat eos* (ait Theodoretus) *quibus creditum eſt diuini ſacrificij munus.* *Baron. to. 1. Iſid. de Patr. nou. Teſtam. Theod. in argum.*

Deinde etiam accusat aliquos ex Iudæis credentes, qui salutarem prædicationem conabantur corrumpere: ac diuinæ tandem meminit Oeconomiæ, eius etiam ostendens causas. Ex Neotericis select. in illam scripserunt.

Cosma Magalianus libros tres, *opus Hierarchicum*, inscriptos, siue de Ecclesiastico Principatu. Lugduni 1609.

Ludouicus Soto maior Ord. Prædicatorum tomum vnum commentar. Parisiis 1610. quo anno viuebat.

De Epistola B. Pauli ad Philemonem.
Cap. LXII.

Baron. to. 1. Theophyl. in prol.

DEcimamtertiam, iuxta ordinem sacrorum Bibliorum, hanc epistolam scripsit Paulus Romæ in vinculis suis, anno Christi 60. ad Philemonem, qui (vt ait Theophylactus) genere Phrygius fuit, moribus fidelis, ac nobilis, & virtute quidem mirabilis, quod ex eo constat [ait Chrysost.] quod domus quoque eius omnis, fidelis erat, atque adeo fidelis, vt Ecclesia etiam appellaretur. Quo circa scribit ad eum Apostolus: *Saluta & Ecclesiam, quæ est in domo tua.* Attestatur & illi singularis obedientiæ meritum, & quod in eo viscera sanctorum quieuerũt. Ipsum quoque in hac epistola admonet, vt sibi hospitium paret: ex quo non obscurè colligitur illius domum sanctorum fuisse diuersorium. Misit eam per Onesimum seruum Philemonis fugitiuum, & compilatorem, quem hero suo conciliat, Domini erga seruum, & serui erga Dominum, officium demonstrans.

Chrys. in argum.

De Epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Hebræos. *Cap.* LXIII.

DEcimamquartam, iuxta ordinem ſacrorum Bibliorum, hanc epiſtolam ſcripſit Paulus, etiam Romę in vinculis ſuis; propter credentes ex Iudæis, qui eum viſitauerant, & conſolati fuerant anno Chriſti 60. & quidem Hebraicé, quam tamen, ſiue Lucas Euangeliſta, ſiue Clemens Romanus Pontifex, (vt Poſſeuinus obſeruat) Græco ſermone, non tamen ſenſibus exornarunt. Hanc ſacra Nicæna Synodus, tanquam à Paulo Apoſtolo ſcriptam inter ſacra volumina recepit, licet non defuerint, qui perperam, teſte Hieronymo, illam tribuebant Barnabæ, qui Lucę, & qui Clementi Romano. Vide Card Bellarminum. Miſſa eſt ad Hebræos per Timotheum ex Italia, ſicut docet Athanaſius, & ex græca ipſius ſubſcriptione capite vltimo liquet, & ne ſe putarent in aduerſitatibus derelictos, inter cætera duobus eos inſtruit modis, primò quæcunque acciderint iubens ferre fortiter, deinde ſperare certum præmium, triplicemque illis conſolationem adhibet, vnam exemplo paſſionis Chriſti dicentis non eſſe potiorem ſeruum, quàm ſit ipſius Dominus, alteram oſtendendo credentium præmium, tertiam docendo qualisnam temporalis hæc ſit aduerſitas: nec per futura ſolum eos confirmat, quibus minus moueri poterāt, verùm etiam per præterita, quę acciderunt ipſorum Patribus. Ex quibus conſtat Paulum hac ſua epiſtola Iudæos ad fidem conuerſos confirmare voluiſſe,

Baron. to. 1

Poſſeuin.

Hieron. de ſcript. Eccl.

Bellar. c. 7. li. 1. de verbo Dei, & de ſcript. Eccl.

Athan. in Synopſ.

eosque à legalibus obſeruantiis, quibus detinebantur, prorſus deterrere, ac rebelles quoſcunque à legis obſeruantia reducere, & ad Euangelium conuertere. Teſtatur Hieronymus, omnes Orientis Eccleſias, & græcos omnes tanquam Pauli hãc epiſtolam ſuſcepiſſe, & illius eſſe conſtat ex Conciliis Niceno primo, & Epheſino primo, ex Euſebio, & aliis. Scripſerunt in eam ex Neotericis ſelectioribus.

Hieron. in epiſtola ad Dardan.

Conc. Nic. Epheſ. 1. can. 10.

Euſeb. hiſt. lib. 6. c. 18.

Franciſcus Ribera Soc. Ieſu, qui obijt anno ſalutis 1591. tomum vnum commentar. Turnoni, & alibi.

Ludouicus Tena, qui adhuc viuit, tomum vnum commentariorum, ac diſputationum. Toleti 1611.

De *Epiſtolis Catholicis.* *Cap.* LXIV.

LIcet ex epiſtolis, quę iuxta ordinem ſacrorum Bibliorum, poſt enumeratas S. Pauli ponuntur, duæ tantùm in vulgatis Bibliis correctis Catholicarum titulum præferant, videlicet prima B. Iacobi, & vltima B. Iudæ: à ſacris tamen ſcriptoribus, & SS. Patribus Catholicæ omnes communiter appellantur, & in Græcis Bibliis inſcribuntur τῆς καθολικῆς. Et quidem (vt Oecumenius docet) Catholicæ dicuntur, id eſt vniuerſales, ſeu orbiculares, quod non vni genti, aut Ciuitati (quemadmodum D. Paulus Romanis, aut Corinthiis) datæ ſint, ſed vniuerſaliter fidelibus, ſiue Iudæis, qui diſperſi erant, ſiue etiam omnibus Chriſtianis, ſub eadem fide degentibus. Quod ſi Canonicas aliquãdo appellari legimus,

Oecum. ante com. in epiſ. Iacob.

imperitia ſcriptorum, cenſent aliqui factum eſſe, vt commutatis ſcilicet aliquibus mediarum ſyllabarum literis, pro Catholicis epiſtolis, Canonicas poſuerint, quod affirmare nõ auderem, ob grauiſſimorum ſcriptorum auctoritatem, qui eas ſic vocitant. Sed quæſtio hæc de nomine, vtcunque ſit. Catholicas eas vocamus, cum Bibliis correctioribus: quæ dum earum primam & vltimam ſic appellant, idem iudicium fieri videntur voluiſſe de medijs. Sunt hæ numero ſeptem Iacobi vna, petri duæ, Ioannis tres, Iudę vna: quæ omnes eodem ferè ordine ab Apoſtolis fuerunt ſcriptæ, quo in ſacris Biblijs ſunt collocatæ: paſſimque, vt rem compertam, omnes Græca lingua fuiſſe dictatas ſcriptores aſſerunt. Licet enim Iacobus Hebræis ſcripſerit, hitamen orbe toto diſperſi erant, & Greco tunc temporis tritiſsimo ſermone, vel vtebantur, vel eum intelligebant: vt etiam de cæteris Pauli Epiſtolis ſupra retulimus. In eas ex Neot. ſelect. ſcripſerunt.

Claudius Guilliaudus tomum vnum collationum. Lugduni 1543.

Franciſcus Titelmanus Ord. Minorũ tomum vnum elucidationum. Lugduni 1554.

De Epiſtola B. Jacobi. Cap. LXV.

IAcobus Apoſtolus dictus minor, non perfectione, ac virtute, ſed quia poſt Iacobum zebedæi fratrem Ioãnis vocatus eſt, cognomento Iuſtus, qui etiam frater Domini eſt appellatus, quia, teſte Hieronymo, filius erat Mariæ Cleophæ ſororis matris Domini, cuius Ioan. in libro *Hieronym.*

suo meminit, quæ idcirco soror matris Domini
Bellarmin. de scr. Eccl. est dicta, vt docet Card. Bellarm. quia erat vxor Cleophæ fratris Ioseph, satis enim vsitatum est, vt coniuges dũorum fratrum sorores nominentur: vnde quemadmodum Maria Cleophæ dicebatur soror Marię matris Domini, sic etiam Iacobus dicebatur frater Domini, quia erat filius eius, quæ dicebatur soror matris Domini. Col-
Egesi apud Euseb lib. 3. c. 11. ex versione Ruffini. legit hanc suam sententiam Card. Bel. partim ex Egesippo partim ex Euang. Egesippus enim ait Simonẽ fuisse consobrinũ fratrem Saluatoris, quia erat filius Cleophę fratris Iosephi sponsi B. Marię matris Domini. Porrò S. Iacob. fuisse fratrem Simonis & Ioseph, & Iudę, testantur Matthæus,
Matt. 13. 55. Marc. 6. 3. Epiph. hæres. 78. & Marcus, qui vocant fratres Domini Iacobum Simonem, & Iudam, quod etiam testantur Epiphanius. Quare si Simon, siue Simeon, idem enim est nomen, erat frater Iacobi, & Simeonis pater erat Cleophas frater Iosephi, certè sequitur, vt patet Iacobi fuerit Cleophas, non Ioseph. Neque huic sententiæ repugnat, quod S. Iacobus dicatur Alphæi, nam, vt obseruat. S. Hie-
Hiero. in li. cont. Helu. ronymus, in sacris literis multi sunt binomi: sic S. Matthæus dicitur etiam Leui, S. Petrus dicitur etiam Simon, &c. Post passionem Domini statim ab Apostolis Ierosolymorũ Episcopus ordinatus, rexit Ecclesiam vsque ad septimum. Neronis annum, post quem dumà Iudæis publicè compelleretur, vt Christum Dei filium denegaret, contradicens, lapidari iussus est, cumque præcipitatus de pinna templi, & confractis cruribus, semiuiuus pro interfectoribus oraret, fullonis fuste in cerebro percussus interijt. Narrant

de eo, ab vtero matris ſanctum fuiſſe, vinum, & ſicetam numquam bibiſſe, carnem nullam comediſſe, numquam attonſum eſſe, nec vnctum vnguento, nec vſum balneo, & alia plurima, quę fuſius probat Cardinalis Baron. anno Chriſti 63. Græci, vt obſeruat indicatus Card. Bellarm. in monologio tres Iacobos Apoſtolos celebrant, Iacobum Alphæi die 9. Octob. Iacobum fratrem Domini die 23. eiuſdem menſis, & Iacobum Zebedæi die 30. Aprilis: ſed duos tantùm fuiſſe, oſtendit Hieronymus, idemque omnino fuiſſe Iacobum Alphæi, & Iacobum fratrem Domini, de quo hic eſt ſermo, nec plures, quàm duos nouit, & celebrat Eccleſia Latina, Iacobum fratrem Ioānis die 25. Iulij, & Iacobum Alphęi fratrem Domini die primo Maij. Vnam tantùm ſcripſit S. Iacobus epiſtolam (quę prima inter Catholicas numeratur, quoniam prius ab illo cōſcripta, quàm reliquæ à cæteris Apoſtolis) duodecim tribubus, quæ erant in diſperſione, docens (vt ait Oecumenius) de tētationum varietate, quænam à Deo ſint, & quę à proprio corde hominum, quodque non verbo tantùm, ſed & opere fidem oporteat oſtendere, neque auditores legis, ſed factores iuſtificari. De diuitibus quoque prȩcipit, ne in cœtu Eccleſiæ præponantur pauperibus, ſed potius increpentur, tanquam faſtuoſi, ac ſuperbi, & tandem conſolatur illos, qui iniuria afficiuntur, eoſque hortatur, vt longanimes ſint vſque ad Iudicis aduentum. Præcipit aduocari Presbyteros ſuper infirmos, &c. Cauſam ſcribendi prębuerunt deprauati mores plurimorum, qui aliquid de veteri Phariſæorum

Baro. to. 1. Bellarm. de ſcript. Eccl.

Hieron. in li. contra Heluid.

Oecumen.

retinentes fermento, multa de legibus diuinis garriebant, & iactabant, sed vitam ad earum regulam non dirigebant. Hanc epistolam agnouerunt etiam S. Hieronymus, & Ambr. Augustᵘˢ. Isidorus, Innocentius primus, & alij, & Concil. Laodicense, Carthaginense tertium, Mileuitanum cap. 7. Scripsit in eam ex Neot. select.

S. Hier. de Vir. Illust. Ambr. ser. 7. in psal. 118. Aug. Isid. Innoc. 1 Conc. Laodicen Carthag. 3. & Mileu. c. 7.

Franciscus Feu-ardentius Ordinis Minorum, tomum vnum comment. concionibus valdè accommodatorum. Parisiis 1599.

De Epistolis B. Petri. LXVI.

PEtrus, qui Græcè Πετρὸς & Chaldaicé, seu Syriacè Cephas, hoc est Petra interpretatur, cuià Christo dictum est: *Tu es Petrus, & super hanc petram, &c.* Ciuis fuit Bethsaidæ, oppidi Galileæ, frater Andreæ, & artificio piscator. Is, cùm legatur habuisse socrum, vxorem etiam habuisse necesse est affirmare, quę teste Clemente Alexandrino martyr ante eum occubuit, ex qua etiam ante suam vocationem filiam Petronillam nomine habuisse nonnulli asserunt; alij verò, præcipuè ex recentioribus nō improbabiliter negant, spiritualem eius tantum filiam fuisse asseuerantes: Vide Card. Baronium anno 69. Adductus est primò à fratre Andræa ad Iesum, deinde simul cum fratre ad Apostolatum vocatus à Christo, relictis omnibus, secutus est eum. Hunc Christus Dominus noster, discessurus ex hoc mundo ad cælestem Patrem, præscius necessitatum Ecclesię suæ, eiusdem Gubernatorē effecit, tertiò de eius dilectione erga se prę aliis Apostolis interrogans,

Matt. 8. 14. Marc. 1. 16. Luc. 4. 38.

Clem. Alex. lib. 7. Strom.

Baron. to. 1. ann. 69.

Matt. 4. 19.

& tertiò ad affirmationes eius ſubijciens: *Paſce oues meas.* Poſt Chriſti Aſcenſionem lupinis minuto aſſe væneuntibus famem pellere conſueuiſſe aſſerit Nazianzenus, qui etiam ait eum à vino, deinde & à carnibus abſtinuiſſe. Pro indumēto autem habuiſſe ſolam tunicam, & pallium Clemens teſtatur. Iſidorus hæc de eo habet: *Petrus Apoſtolorum Princeps, primus confeſſor Dei, atque diſcipulus, Paſtor humani generis, clauiger æthereus, Chriſti amator, Chriſti negator, qui cum Antiochenſi Eccleſiæ ſeptem præfuiſſet annis, Euangelium prædicauit in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bythinia. Secundo verò anno Claudij, ad expugnādum Simonem Magnum peruenit Romam, vbi annis 25. eiuſdem Vrbis tenuit Pontificatum, vſque ad vltimum Neronis annum, id eſt 14. à quo anno 36. 3. Kal. Iulii poſt paſſionem Chriſti, Cruci affixus, martyrio coronatus eſt, capite ad terram verſo, & in ſublime pedibus eleuatis, aſſerens ſe indignum, vt ſicut Chriſtus Dominus crucifigeretur. Sepultus eſt Romæ in Vaticano, iuxta viam Triūphalem, tertio ab Vrbe lapide ad Orientalem plagam, vbi totius Orbis veneratione celebratur.* Verum quiā, vt benè obſeruat Card. Bellarm. ex Suetonio, Dione, & alijs, verè Nero non imperauit annos 14. & menſes 8. vt etiam ſcripſerat Hieronymus Euſebij Chronicon ſecutus, ſed annis tredecim, & menſibus ſeptem, imperareque cēpit in die 14. Octobris, inde fit, vt S. Petrus, qui die 29. Iunij obijt, non anno decimoquarto, ſed decimotertio Neronis obierit. Effigiem eius ex antiquis picturis Apoſtolorū deſcribens Nicep. ait *Petrus quidem haud craſſa corporis ſtatura fuit, ſed quæ eſſet aliquanto erectior, facie ſubpallida, & alba admo-*

Ioan. 21. 17.

Naz. orat. de amor. paup.

Clem. in lib. recogn. Iſid. de patr. nou. Teſt.

Bellarm. de ſcript. Eccl.

Hieron. de ſcript. Eccl.

Nicepl. lib. 2. hiſt. c. 37.

dum, capilli capitis, & barbæ crispi, & densi, sed non admodum prominentes, oculi quasi sanguine respersi fue-
Baron to.1. *re* (quod assiduè fleret, ait Card. Baronius *nigri, supercilia propè euulsa, nasus autem longior ille quidem, non tamen in acumen desinens, sed pressus, simusque magis.* Tonsum fuisse capite in modum coronæ, vt nunc Regulares, probat citatus Baronius. Scripsit duas epistolas ex Catholicis, quarum prima edita est Romæ anno Christi 45. cum adhuc ibi S. Marcus esset, quam putat noster Card. Baro-
Baron. vbi supra. nius, iuxta propriam, & Hieronymi sententiam,
S. Hieron. ex Hebræo ab eodem Marco translatam quod
Lorinus. Lorinus incertum existimat. Scripsit illam omnibus in Christo credentibus, Electis, aduenis,
Oecumen. in præfat. dispersis, &c. & sicut Oecumen. ex Synopsi Athanasij docet, in ea primum enarrat, & ostendit, quod fides in Christum à Prophetis annuntiata sit, & per ipsos significata redemptio, quæ per ipsius sanguinem fieret, quodque ipsis, & gentibus annuntiata sint omnia, in quæ desiderant Angeli prospicere. Deinde, vbi suasit, vt digne ad eum, qui ipsos vocauit, conuersentur, eos admonet, vt etiam Regibus honorem deferant: & mulieribus, ac viris concordiam præcipit, & pauca circa mores exhortatus, significat, quod finis omnium deinceps immineat, ob idque omnes paratos esse debere tanquam Iudici rationẽ reddituros, & ita concludit primam epistolam. Alteram vero scripsit etiam ex Vrbe Roma cum eo redijsset,
Baron. to.1. anno Christi 68. vt ostendit noster Card. Baronius eaque omnes ad fidẽ Christi conuersos docet, religionẽ quã acceperant, sanctã, & verã esse, deinde hortatur eos, vt purificati vitæ, & innocẽtiæ

ſtudeant, in qua vt firmius perſtent, & pſeudo prophetas venturos facilius vitent, teſtimonia veræ Religionis adducit, quibus illorum verſutias, & exitium prænuntians, omnes illius magnæ diei, certiſſimæ quidem, ſed nemini cognitæ admonet. Hanc epiſtolam agnouerunt etiã D. Hieronymus, & Auguſtinus, Scripſerunt in eas ex Neotericis ſelect,

Hieron. in epiſtol ad Cyprian. & q. 1 ad Hedibiam Auguſt. lib. 11. de Ciuit. c. 31. & de fid. & oper. c. 24. &c.

Franciſcus Feu-ardentius, tomos duos commentar. in quibus ſumma Chriſtianæ Religionis myſteria breuiter, & abſolutè complectitur: primum in primam epiſtolam, Pariſijs, 1600.

Secundum in ſecundam, ibidem 1601.

Io. Lorinus Soc. Ieſu, tomum vnum cõment. Lugduni 1609. & alibi.

De Epiſtolis B. Ioanni Apoſtoli.
CHAP. LXVII.

IOannes (de quo ſupra, in introductione ad eius Euangelium) poſtquam ex Inſula Pathmos, vbi in exilium à Domitiano relegatus fuerat, Epheſum redijſſet, cum iam ſenex ſcripſiſſet contra Cherintum, & alios Hæreticos Euangelium, ſcripſit etiam græcè Epiſtolas tres Catholicas, primam, quam (vt Catholicę nomen importare diximus) non diſtinctæ, certæque Prouinciæ miſit, ſed vniuerſo fidelium cætui. Quare Ambr. appellat eam generalem epiſtolam, licet Parthis præcipuè miſſam eſſe contendant aliqui. Exhortatur ea [vt Oecumenius aït) credentes in Domino, ne contriſtẽtur, ſi odio habeantur in Mundo, ſed gaudeant potius, quòd odium mundi

Ambroſ. c. 1. de penitent. c. 10. Oecumen. in argy. ex Synopſ. Athanaſ.

oſtendat credentes migraſſe ab hoc Mundo, ac deinceps, cæleſtem habere conuerſationem. Secundam verò Electæ cuidam fœminę ſic vocatę, & liberis eius ſpecialiter miſſam ex principio epiſtolæ apparet, vbi Io. iam ſenior ſic ait: Senior Electæ Dominæ & natis eius, quos diligo in veritate &c. Vocat eam Dominam, tum quia fortè Princeps erat fœmina, & eximij honoris, ac potentiæ, profitetur enim eam non à ſe tantum diligi, ſed ab omnibus, qui cognouerũt veritatem, tum quia (ſi credimus Lyrano) Miniſtros Eccleſiæ ſuſtentabat. Commendat in ea (vt Oecumenius ait) primum ipſius Electæ filios, quòd rectè ambulent, deinde docens non eſſe recens myſterium, quod apud nos eſt, rurſum ad dilectionem eos hortatur, & præcipit, vt maneant in doctrina ſibi tradita, & conſequenter docet, eum eſſe Antichriſtum, qui ait Chriſtum in carne non veniſſe. Tertiam ſpecialiter miſit Gaio, cui etiã Dionyſium ſcripſiſſe multis placet, qui vulgo is creditur eſſe, quem Paulus ad Rom. vocat hoſpitem ſuum. In ea ipſum Gaium pietatis cauſa extollit, atque vt in ipſa pietate maneat, exhortatur. Diotrephen impietatis, & ſuperbiæ cauſa obiurgat: Demetrio autem bonum teſtimonium perhibet cum fratribus vniuerſis. Epiſtolam ſecundam, & tertiam S. Io. & eius Apocalypſim ſuſceperunt etiam antiqui Patres, & Concilia ſacra, vt conſtat ex Hieron. Ambr. Auguſt. Iſidoro, Tertulliano, Damaſceno, & Iuſtino, & ex Concil. Carthaginenſi tertio, & Toletano quarto. Quare Epiphanius inter hæreticos recenſet eos, qui ſacram Io. Apocalypſim tanquam Canonicam non recipiunt.

Lyranus, Oecum. ex Synopſ. Athanaſ.

Ad Rom. 16. 23.

Hiero. Ambroſ. Aug. Iſidor. Tertullian. Damaſc. Inſt. contra Tryphon. Conc. Carthag. 3. Toled. 4. Epiph. hæreſ. 51.

piunt. In eas ex Not. ſelect. ſcripſit.

Io. Lorinus tomum vnum comment. Lugduni, & alibi.

De Epiſtola Catholic, B. Iudæ Apoſtoli. CHAP. LXVIII.

IVdas, id eſt confitens, celebranſque, Deũ qui etiam Syriacé appellatus eſt Thaldæus, hoc eſt, teſte Hieronym. apprehendens, ſeu attendens Principem, & ab Euangeliſta Luca frater Iacobi (erat enim tunc Iacobi minoris nomen apud omnes celeberrimum, vt Ieroſolymitanæ Eccleſiæ primi Epiſcopi) & alibi (teſte Hieronymo) Lebeus, quod interpretatur corculum, vel quaſi cor, ſiue cuſtos ſui cordis, & quidem ob eius inſignes virtutes, & ad diſtinctionem Iudæ infamis, & maledicti proditoris. *Credendumque eſt* (ait Hieronymus) *cum fuiſſe trinomium, ſicut Simon Petrus, & filij Zebedæi Banerges ex firmitate, & magnitudine fidei nominati ſunt.* Fuit de Tribu Iuda, ex Patre Cleopha. ſeu Cleopha, alio nomine, teſte Beda, vocato Alphæo, fratre Ioſeph Deiparæ Virginis ſponſi, alter ex duobus diſcipulis, qui cum Chriſto poſt reſurrectionem ambulauit, ex matre vero Maria, vxor Cleophæ à Io. appellata, & ſoror matris Ieſu, id eſt fratris Ioſephi ſponſi vxor, vt ſupra diximus. Vocatus eſt ad Apoſtolatum vna cum reliquis, proximè à Chriſto Domino, vt ſcriptis ſuis prodiderunt Beati Euangeliſtæ Matthæus, Marcus, & Lucas. Poſt Apoſtolorum

Matt. 10.3. Mar. 3. 18. Hugo, in c. 10. Matt. act. 1. 13. Hieron. in c. 10. Matthæi. Hieron. vbi ſupra. Beda. in ca. 6. Lucæ. Io. 19. 25. Supra vbi de epiſtola S. Iacobi Matt. 10.2. Marc. 3. 18. Act. 1. 13.

diuisionem prædicauit in Iudæa, Galilæa, Samaria, Idumæa, Arabia, Syria, & Mesopotamia, & tandem in Persidem profectus, ibi martyrio affectus est. Hippolytus tamen, atque Dorotheus eũ in Beryto occisum, atque sepultum asserunt. Singula porro eius gesta, labores, peregrinationes, &c. quæ nostrarum virium est scire, recenset noster Cardin. Baronius. Script epistolam, ex Catholicis vltimam eis, qui ex omnibus populis, & nationibus ad Christi fidem conuersi erant, in qua de Fide, & Charitate agens, cautos reddit cõtra quosdam, qui non solum docebant peccatum adiapharum quid esse, & vulgare: sed etiam Dominum ipsum negare non verebantur, eorum procacitati, & impietati occurẽs, & fratres, immo Christianos omnes in vera religione confirmans. Huius epistolę meminit Augustinus, & Hieronymus, & de ea copiosè nouissimè disseruit Petrus Lopez de Montoya in commentarijs super eam, quos inscripsit *Anatomia Christiani deformati*. Scripserunt in eam ex Neot. select.

Hyppol. & Doroth.

Baro. to. 1. Suorum Annal.

Aug. lib. 1 de Ciuit. Hieron. de vir. Illustr. Petr. Lopez in epist. catholi. Iudæ.

Franciscus Feu ardentius Ord. Minorum tomum comment. in quibus tum veterum, cum nouorum hæresiarcharum mores, fraudes Scelera, blasphemiæ graphicè describuntur, & refelluntur. Coloniæ 1595.

Henricus Lacelots Augustian., qui adhuc viuit. tomum vnum *Anatomia Christiani deformati* inscriptum, expositionem Theologicam Catholicam, & moralem continens. Antuerpiæ. 1613.

De *Apocalypsi B. Io. Apostoli.*

Cap. LXIX.

SVb Domitiano Imp. missus Io. (de quo supra in Introductione ad eius Euangeliũ) ex Epheso vinctus Romam. cum è dolio feruentis olei, in quod iniectus fuerat illæsus exisset, relegatus est in exilium in Insulã Pathmos, vbi vidit, & scripsit Apocalypsim, hoc est reuelationem, quam à Christo acceperat, 14. anno Imperij Domitiani, quo secunda post Neronem est excitata in Ecclesiam persequutio, vt testatur Eusebius, eamque, misit ad septem Ecclesias, quas prædicatione Euangelij erudierat, præsentes instruens, atque exhortans aduersus hæreticos, & persecutores, simulque narrans varia persecutionũ genera, quas partim in sua prima origine Ecclesia perpessa est, partim etiam nunc patitur, partim denique ad finem vsque mundi passura est: simulque eiusdem Ecclesiæ illustrissimas victorias, ac triumphos. *Tot habet is liber* (ait Hieronymus) *sacramenta, quot verba* illumque inter alios susceperunt ex antiquis Patribus omnes, quos supra retulimus, vbi de S. Io. Epistolis egimus. In hunc librum ex Neot. select. scripserunt.

Eusebius in Chron.

Hieron. ad Paulin.

Franciscus Ribera Soc. Iesu tomũ vnum comment. quibus adiuncti sunt quinquelibri de Templo, & de ijs, quæ ad Templum pertinent. Lugduni 1592.

Blaſius Viegas Soc. Ieſu, qui obijt anno 1599 tomum vnum comment. Venetiis 1605. ſed emendatiores Pariſiis 1606.

Benedictus Pererius Soc. Ieſu, tomum vnũ ſelectarum diſputationum, à cap. 1. vſque ad 7. incluſiuè Lugduni 1606.

Ludouicus de Alcazar, qui adhuc viuit, tomum vnum commentar. Antuerpiæ ex Officina Plantiniana 1614.

DE SACRA SCRIPTVRA.

LIBER SECVNDVS

qui est

DE SACRÆ SCRIPTVRÆ VSV,

PARS PRIMA.

De Sacro Concionatore.

CVM omnis scriptura, sicut Paulus ait, diuinitus inspirata vtilis sit ad docendum, ad arguendum, ad corripiendū, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus, satis liquet, ad doctrinam fidei, morumque aptè, atque accommodè explicandam, ad errores, prauosque mores coarguendos, & corripiendos: & denique ad eam pariendam eruditionem, ex qua vera iustitia, & sanctitas nasc. nullo argumenti genere Sacrum Theol. vel Concionatorē vti posse, quo magis dogmata, vel Sacras Cōciones illustret, eisq; robur afferat, quā sententijs, & verbis Sacrorū libro. Quare hoc in meo Commentariolo, post tractationē de Sacra Script. de congruo etiā ipsius publico vsu, 2. Timot. 3. 15. & 16.

paucis, iuxta Sanctorum Patrum doctrinam agere, opere pretium duxi: cumque talis vsus maximè sacro Concionatori conueniat, de ipsius concionatoris persona, & de ijs quæ ad eloquentiam, & ad ipsam concionem Sacræque Scripturæ commodum in ea vsum spectant, disserere, simulque ostendere præter naturam ad perorandum accõmodam, & vocationem, Concionatori primum congruere Probitatem, & insignem vitæ Sanctimoniam diuturna Charitatis, Humilitatis, orationis aliarumque virtutum exercitatione partam: Deinde Doctrinam, quæ illum de rebus fidei, ac moribus differentẽ in errores impingere non sinat: Diligens denique Sanctorum Patrum, Sacræque Scripturæ studium, librorumque copiam, ac delectum. Concioni deinde, esse necessariam, Inuentionem, dispositionẽ Elocutionem, Amplificationem, Memoriam, Pronuntiationem, & Prudentiam, *Si quis tamen*, Augustini hæc sunt verba, *credat Rhetorica me daturum præcepta, vt à me non expectet admoneo, non, quod nihil habeant vtilitatis, sed si quid habent seorsum discendum est, si cui autem fortasse bono viro etiam hæc vacat discere, non autem à me, vel in hoc opere requirendum.* Cæterum de priuato Sacræ Scripturæ, commodo vsu, nihil dicendum, cum satis liqueat, nil aliud ad illum esse necessarium, nisi vt eã ita quisque legat, vt intelligat, ita accipiat, & interpretetur, ac si pro sui vnius vtilitate, sicuti re vera fuit, esse dictata.

Aug. lib. 4. de Doctrina Christ. c. 1.

De ſpectantibus ad perſonam Concionatoris, & primum de natura, & vocatione.

Cap. I.

PArum ſanè, aut nihil ad eloquẽdum proficere quæcunque traduntur monita, Rhetores omnes fatentur, niſi natura adſit in homine, ſaltem mediocriter ad perorandum idonea, nam teſte Plutarcho, natura abſque diſciplina ſi ſit, cœca eſt. *Plutarch.* Hinc & illud experimur veriſſimum quod Cicero docuit, ſæpius ad laudem atque ad virtutem naturam ſine doctrina, quam ſine natura valuiſſe doctrinã. *Cic. pro Archia.* Vnde, Quintilianus, *ſi parti*, inquit, *utrilibet omnino alteram detrahas, natura etiam ſine doctrina multum valebit, doctrina nulla eſſe ſine natura poterit. Sin ex pari coeant, in mediocribus quidem vtriſque adhuc maius naturæ credam eſſe momentum conſummatos autem plus doctrinæ debere, quam naturæ putabo: ſicut terræ nullam fertilitatem habenti, nihil optimus agricola profuerit: è terra vberi vtile aliquid, etiam nullo colente naſcitur. At in ſolo fœcundo plus cultor, quam ipſa per ſe bonitas ſoli efficiet. Et ſi Praxiteles ſignum aliquod ex molari lapide conatus eſſet exculpere, Parium marmor, mallem rude: at ſi illud artifex expoliſſet plus in manibus fuiſſet quam in marmore. Denique natura materia, ars doctrina eſt. Hæc fingit, illa fingitur. Nihil ars ſine materia: materiæ autem ſine arte præcium eſt, Ars ſumma, materia optima melior.* *Quintil. lib. 2. c. 19.* quod ſi natura adſit, & ars (de qua infra ſucceſſiue dicendum)

cauere tamen nihilominus quiſque debet, ne ſumat ſibi, vt Paulus ait, honorē, niſi vocatus ſit à Deo tanquam Aaron, qui, vt ibi Primaſius ait, ſigno florentis virgæ, ſiue ſigno incendij illorum, qui eius Pontificatui inuidentes, dignitatem Sacerdotij, affectando irridere moliebantur, vocatus eſt. Sic à Deo miraculoſé vocatus eſt Moyſes, Iſayas, Ieremias, Ionas, Io. Baptiſta, Diſcipuli Chriſti. Tamen cum Chriſtus homo factus, hominibus hanc dederit poteſtatem, quo pacto in veteri lege vocabantur ad concionandum, qui filij prophetarum dicuntur, prophetarum diſcipuli, ita in noua lege, à Chriſti inſtituto ſunt Apoſtoli, ab Apoſtolis Epiſcopi, Paſtores, & Doctores Eccleſiarum, ab Epiſcopis vero alij, qui huic grauiſſimo muneri incumbant, ſic Paulus Timotheo hæc ſcribit. *Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterij.* Græcus noli negligere chariſma, ſeu donum, ſeu, vt græca ſcholia interpretantur, auctoritatem dicendi, & 2. ad Timot. 1. *proprer quam cauſam* ait, *admoneo te, vt reſuſcites gratiam* Dei, *quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum*, id eſt te rogo, & exhortor, vt ſis memor Eccleſiæ viros excitare, qui inſtituendi Chriſtianos prouinciam dignè ſuſcipiant, idque per eandem Spiritus Sancti gratiam, qua tu ad impoſitionē manuū mearū accepiſti. Ex quibus patet munus eſſe Epiſcopi, & ſucceſſorū Apoſtolorū concionari, aliosq; idoneos ad tale munus ſuſcitare, ſeu vocare, vt etiā in Cōc. Tridēt. de-

Primaſ. in Ep. ad Hebr.

Exod. 3. & 4 Iſai. 48. Ierem. 1. Luc. 1' Marc. vlt.

1. Timot. 4

2. Tim. 1. 6.

Conc. Trid. ſeſſ. 5. de ref. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 4.

finitur vbi hoc officiũ etiã Regularib. committitur, qui tamen, si à suis superioribus prius in scientia, & vitæ honestate digni fuerint iudicati, per literas Episcopo præsentari debẽt, & ab illo benedictionem antequam concionandi initium faciant accipere, & quando in alijs Ecclesijs, quam sui ordinis concionari voluerint nouam debent licentiam habere ab Episcopo, vt Nauarrus, ex mente loci supra citati Concil. Trident. docet. Quare sicut nullus Clericus sæcularis, ita nec Regularis contradicente Episcopo potest in Ecclesia concionari. Proindeque habens priuilegium à Summo Pontifice passim concionandi, ingressus aliquam Diœcesim, priusquam concionari incipiat (vt in eodem Concil. definitur) debet literas Priuilegij sui Episcopo exhibere, ab eoque licentiam petere. Porro (vt Syluester ait) pœna concionantis sine vocatione, siue commissione superiorum, est mortale peccatum, & excõmunicatio ferenda in eum, & nisi confestim cesset, etiam alia pœna afficiendus est: nam vt Paulus ait, *Quomodo prædicabunt nisi mittantur.* Vocantur itaque qui à superiore habẽte legitimam potestatem mittuntur: nam licet Deus aliquando perse ipsum concionatores suos, vt vidimus, miserit, communis tamen diuinæ est prouidentiæ ratio, vt per legitimos Præsides deliganturij, quorum opera in huius functione muneris, vti constituit Deus, & sanè (vt Hieronymus ait) *qui prius respondit, quàm audiat, stultum se esse demonstrat,* Prælati vero cauere debent, ne aliquem

Nauar. c. 25. nu. 149. Manual.

Syluest. Verbo Prædicatio to. 1.

Rom. 10. ¶.

Hier. c. 18. Prouerb.

non idoneum ad tantùm munus mittant, ſed eos ſolum, quos probitate vitæ, ſcientia idonea, Iudicij præſtantia, & natura ad eloquendum apta, pollere cognouerint: neue Iuniores mittant nam, vt Gregorius ait, *neque enim debent homines in ætate infirma prædicare, quia ſermo doctrinæ non ſuppetit. Admonendique ſunt*, ait idem alibi, *quos ab officio prædicationis imperfectio, & ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit, quod pulli auium ſi volare appetant ante pennarum perfectionem, vnde ire in alta cupiunt, inde in ima merguntur*, niſi, iuxta dictum ſapientis, in eis ætas ſenectutis, ſit vita immaculata, qualis in Timotheo fuit, vnde adhuc iuuenis, ſi Hugoni Cardinali credimus, vigintitres annorum natus Epiſcopus eſt electus, & concionator. Quare illi Paulus, *nemo adoleſcentiam tuam contemnat*: Licet probabiliorem ſententiam Magni Gregorij cenſeam, qui pro adoleſcentia iuuentam intelligendum docet, vt Cyprianus, & Auguſt. etiam intellexerunt, & innuere videtur, Timotheum triceſimum tunc annum exceſſiſſe.

Greg. in Ezech. ho. 2. lib. 1.
Idem 1. p. cura paſt. 26.
Sap. 4. 9.
1. Timot. 4. 12.
Greg. hom. 2 in Ezech.
Cypr. lib. 3. epiſt. 9.
Aug. epiſt. 64.

De Probitate, & inſigni vitæ ſanctimonia Sacro Concionatori neceſſaria. Cap. II.

PRæter naturam ad perorandum accommodam, & vocationem, quæ omnino, vt diximus, ſunt neceſſaria congruunt etiam concionatori, quæ vnicuique congruere ſupra diximus ad ſenſus ſacræ Scripturæ, percipiendos: nam licet veritas doctrinæ, improbitate non vitietur doctoris, nec intereat

Sup. l. 1. p. 1.

legitimo concionatori concionandi potestas, quod aliter faciat, aut dicat, & sicut Chrysost. ait, *frequenter de homine malo bona doctrina procedat*, vnde Christus de aliquibus concionatoribus sceleratis verba faciens, *Quæcunque dixerint vobis*, ait, *facite, secundum autem opera eorum nolite facere*, Eadem tamen loci maiestas, vt Gregor. docet, quæ concionatorem grandia dicere cogit, etiam magna operari impellit, Sacra enim concio ad grandes maximè illas virtutes debet referri, quæ hominem ad Dei, & proximi amorem succendant, omnemque turpitudinem, & vitium abhorrere faciant, & certè monstrum horrendum Apostolo visum est illud, *Qui prædicas non furandum, furaris, qui dicis non mechandum, mecharis: qui abominaris Idola, sacrilegiũ facis.* Quare Hieronymus, *non confundant*, ait, *Sermonem tuum opera tua, ne eum in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat, cur ergo hæc, quæ dicis ipse non facis? Delicatus magister est, qui pleno ventre disputat de Ieiuniis. Accusare Auaritiam, & latro potest, Sacerdotis Christios, mens, manusque concordent. Neque enim*, vt Iustinus ait, *in verbis, sed in factis, & operibus res religionis nostræ posita sunt.*

Chrys. hom. 45. in Mat.

Matt. 23. 3.

Greg. 2. par. past c. 3.

Rom. 2. 21.

Hier. epist. 2. ad Nepot.

Iust. in Paranet. ad gent.

Est itaque probitas, & vitæ integritas maximè Sacro concionatori necessaria, sicut etiam recta intentio, nam valdè cauere debet, ne in concionando, vt hominibus placeat, loquatur, vel vt propriam gloriam quærat, siue rerum temporalium cupiditatem: sed potius, illud Christi habere semper debet in ore, *Ego non quæro gloriam meam,*

Io 8. 50. & 14. *ſed eius, qui miſit me, & ſi ego gloriam meam quæro,* Bern. ſerm. 62. in Cant. *gloria mea nihil eſt,* nam, *quæris*, ait Bernardus, *quem dicam impurum? qui laudes requirit humanas, qui non ponit ſine ſumptu Euangelium, qui euangelizat, vt manducet, qui quæſtum æſtimat pietatem, qui* Luc 5.5. *non requirit fructum, ſed datum:* Laxanda retia non in capturam fauoris, dignitatis, vel lucri terreni, ſed cum Petro in verbo Chriſti, *in verbo tuo*, ait ille, *laxabo rete.* Sic amor tantummodo Dei, & proximi ſacrum Concionatorem mouere debet, vnde poſtea Zelus naſcitur gloriæ Dei, & ſalutis proximi, quo inflammata concione, audientium corda ſuccenduntur, & animi: nam, teſte Gregorio, Zelus ſecũdum ſcientiam ſartago illa eſt ferrea, quam iuſſit Dominus Ezechielem aſſumere, ac ponere tanquam murum ferreum inter ſe, & Ciuitatem. *Per Sartaginem*, inquit ille, *frixura, per ferrum vero fortitudo oſtenditur. Quid autem ita magiſtri, atque Doctoris mentem quam Zelus Domini frigit, & excruciat?* Sed maximè elaborare debet, ſacer Concionator pro ſpiritu humilitatis, nam *fratres mei*, ait Auguſt. *qui enim diſcit humilis eſt, qui autem docet, laboret vt non ſit ſuperbus. Magnus tremor eſt in docente? Magnus tremor eſt noſter, in his vocibus noſtris, credite cordi noſtro, quod videre non poteſtis, ſcit ipſe, qui propitius ſit nobis cum quanto ſub illo tremore ad vos loquimur.* Monitorẽ humiliter quęrat, & amplectatur, patiẽter audiat, & ignorantiũ vtatur etiam conſiliis, ſi à benè peritis probentur, nam, vt Paulus ait, *Si quis ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum ſcire.*

Greg. in Ezech. ho. 12.

S. Aug. in pſal. 50.

1. Cor. 8. 2.

Cauendum tamen, vt Ioan. à Ieſu Maria admonet, ne humilitatis ſpecie, timor nimius obrepat, qui vehementer officit. quapropter piiſſimi, & huius artis pertiſſimi, ſolent concionatoribus humilibus, ac pauentibus conſulere, vt ſibi perſuadeant ſe idoneos, artisque conſultos eſſe, qui poſſint populum inſtruere, bonisque cenſoribus placere, vt audacia quadam pia, timorem excutiant. Prudens certè conſilium, quod optimè cum vera humilitate cohæret. Harum, & aliarum etiam virtutum actiones, vt exercere valeat ad munus ſuum fœliciter agendum, facer Concionator, aſſidua oratione ad Deum expoſcere debet, nam, & quis ſperet has poſſe tantas aſſequi virtutes niſi in oratione Deo à quo omne bonum dimanat ſit coniunctus? Quare Chryſoſtomus, *Cum*, inquit, *video quempiam non amantem orandi ſtudium, neque huius rei feruida vehementique cura teneri, continuo mihi palam eſt, eum nihil egregiæ dotis in animo poſſidere. Rurſum vbi quem conſpexero, inſatiabiliter adhærentem cultui diuino, idque in ſummis damnis numerantem, ſi non continenter orauerit, coniecto talem, omnis virtutis firmum eſſe mediatorem, ac Dei amicum.* Optimè itaque Auguſtinus de ſacro Concionatore loquens, *Munus*, inquit, *ſuum vt præſtet, magis pietate orationum opus eſt, quàm oratoris facultate, vt orando, pro ſe, & pro illis, quos eſt allocuturus, ſit Orator, antequam dictor.* Exemplum de hac re nobis ipſe Chriſtus præbuit, qui cum dies in populis eruditiendis poneret, erat deinde *pernoctans in oratione Dei.* Sacros itaque concionatores, Pau-

Ioan. à Ieſu Maria in art. concion. par. 1 c. 5.

Chryſ. lib. 1. de orand. Deum.

S. Aug. de doctrina Chriſt. lib. 4. c. 15.

Luc. 6. 12.

lus alloquens, *Nos*, inquit, *orationi, & ministerio verbi instantes erimus*, sic docens, non minorem sacro Concionatori curam ponendam esse in oratione, quam ponant in Concione.

Act. 6. 4.

De doctrina, & studio sacro Concionatori necessario, deque accommodo doctrinarum, præcipuè Philosophorum, Patrum, & sacrarum Scripturarum in sacris concionibus vsu. Cap. III.

COngruunt sacro Concionatori non solum enumeratæ, reliquęque virtutes ad sacrarum Scripturarum intelligentiam necessariæ, sed etiam doctrina, quæ illum saltem in errores impingere non sinat, rerum Politicarum, Oeconomicarum, Historicarum, Philosophicarum, Theologicarum, &c. nam, vt Isidorus ait, *tàm vita, quam doctrina clarere debet Ecclesiasticus doctor: nam doctrina sine vita arrogantem reddit, vita sine doctrina inutilem facit.*

Isidor. lib. 3. de summo bono.

Politicarum quidem rerum, & Oeconomicarum, quia cum prauos hominum mores ille corripere debeat, vt Chrysost. ait, *In tantum multarum rerum peritia instructus esse debet, vt sæcularia*, ait ille, *mundanaque omnia nihilo minus noscat, quam norunt ij, qui in media hominum turba, versantur*, aliqualem tamen horum notitiam vt habeat, sufficit: nam aliud in multis sapit caro, aliud spiritus, neque enim nimis curiosè illarum tractationi se immiscere debet, ne iuxta prouerbium in alieno choro videatur pedem ponere.

Chrysost. de sacerd. lib. 6. Cognitio rerum Politicarum.

Hiſtoricarum tamen rerum, præcipuè ſacrarum, maiorem curabit habere notitiá, quam poſſit, quia hiſtoriæ & exempla ſi delecta & opportuna afferantur multum orationem ornant, habentque experientia magiſtra, non raro plus virium, quam verba, & rationes, nam *quamuis*, vt ait Ambroſius, *diſertus orator facundia ſua nos doceat, id quod tamen vtile eſt nobis, melius exemplo diſcitur Sanctorum, quam aſſertione verborum.* Selectus tamen habendus, & prudentia in ipſis hiſtoriis referendis, cauendumque ne aliquem lædant. *Hiſtoriæ cognitio.* *Ambr. ſer. 76.*

Philoſophicis etiam rebus, & quidem tam moralibus, quam naturalibus, de quibus ſupra lib. 1. par. 1. cap. 15. aliquo modo vacare debet, grauiora tamen potius Patrũ dicta referre, quàm Philoſophorum, cum illa iuuentuti magis quam viris cordatis placeãt, non quod illa prorſus reijcienda cenſeam, cum aliquando appoſitiſſimè vſus ſit illis Paulus cum Ethnicis diſputans, & Patres non ſemel in ſuis tractatibus, ſed frequentem tantummodo eorum allegationem temperandam.

Maximé tamen ſacer Concionator vacare debet ſtudiis Theologicis, & quidem Theologiæ quam Scholaſticam vocant, ſi ab errore abeſſe velit, & ab illo abeſſe ſe ſcire. Sepè enim de Deo agere debet, & eius perfectiones explicare, de Prouidẽtia, Iuſtitia, Miſericordia, Sapientia, de variis fidei dogmatibus (vbi maximè hæreſes vigent) de Virtutibus, & vitiis, de Præceptis Dei, de Legibus, de Sacramentis, de Verbo Incarnato, &c. quæ omnia

in Theologia tractantur, & explicantur. *Neque satis est tutum*, vt ait Regius, *ex cuiuspiam scripto desumere, tum quia prædicare, quæ non intelligas temeritate non vacat, magnumque est periculum, si vel vocalem mutes, tum quia nec eloqui, nec pronuntiare, vt opus est, quisquam potest, quæ non satis cognita habet.* Theologicę difficultates nec ab illo qui optimè eas nouit attingendæ sunt, nisi cursim, & vrgente necessitate, & iuxta stylum concionis, vt prosint, cum sacra concio ex genere suo moralis esse debeat.

Regius in Orat. Christiano lib. 2. cap. 10.

Priorum etiam librorum, sicut etiam sermonariorum (vt vocant) delecta lectio sacro Concionatori suadetur, ea maximè quam quisque peritorum consilio, experimentoque probauerit congruentiori ordine, pietate solidiori, & vtiliori doctrina refertam, turbam paleis plenam relinquendo, nec meliori studio tempus adimat.

Horat.

Sed Patres in primis assidua lectione peruoluere debet, eosque *nocturna versare manu, versare diurna*, vt eorum vestigiis semper insistere possit. Vt enim orator prophanus nihil se posse proficere fatetur sine Demosthenis, Ciceronis, Quintiliani, &c. studio, ita nec sacer concionator sine Sanctorum Patrum lectione, vel saltem ex eis selectiorum, de quibus infra, vel denique ex eis vnius ingenio suo magis congruentis, quem frequentius legere debet, ab eoque excernere, quæ in populum deriuet. Sic Bernardus: Certa, inquit, *lectioni certis horis vacandum est, fortuita enim & varia lectio & quasi casu reperta non ædificat,*

Bern. epist. 4. ad fr. demon. Dei.

ficat, sed reddit animum instabilem, & leuiter admissa leuius recedit de memoria. Sed certis ingeniis immorandum est, & assuefaciendus animus, & de quotidiana lectione aliquid in ventrem memoriæ demittendum est, quod fidelius digeratur. Eos tamen omnes inter concionandum summa cum veneratione nominare debet, nec ex eis quemquam refellere, vel vnius ita probare explanationem, vt cæteros contemnere videatur.

In Scripturarum sacrarum studio, earumque interpretum totus esse debet, quia (vt diximus initio huius secundi libri) cum vnum, eundemque finem cum illis habeat, efficere scilicet, vt *perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus*, nihil est, quod magis suo congruat instituto: illisque vti debet iuxta duplicem earum sensum, vel etiam accommodatitium, de quibus supra lib. 1. par. 1. cap. 12. & earum auctoritates ita afferre, vt potius earum paucitate, & proprietate populum instruere se velle ostendat, quàm multiplicitate, & improprietate obruere, vt multi faciunt, qui non succum è floribus sacræ Scripturæ ægroto animo bibendum tradunt, sed potius ipsos flores, vt collegerunt, in ægrum congerunt: eliciendus est è sacræ Scripturæ locis sensus, singulorumque eorum verba ex variis Sanctorum Patrum interpretationibus ponderanda: Nam, vt sanctus ait Hieronymus, *Singulæ voces, literæ, & apices, & puncta in diuinis literis plena sunt sensibus.* In locutione metaphorica, allegorica, seu figurata, locus ex similitudinibus, è quibus meta-

S. Hieron. in cap. 3. epist. ad Ephes.

phora est deprompta applicandus. Sic Ber-
Ber. ser. 63. in parv. nardus noua & inaudita comparatione. *Dentes*, ait, *candidi sunt, & fortes, carnem non habent, carent corio, nihil intra se pati possunt, non est dolor sicut dolor eorum, clausi sunt labiis ne videantur, indecens est cum videntur nisi ridendo: toti corpori masticant cibum, nullum inde saporem habent, non facile consumuntur, per ordinem positi sunt, superiores alii, & alii inferiores. Huiusmodi dentes arbitror homines monasticæ professionis, qui de toto Ecclesiæ corpore, quod candidum est, candidiores esse videntur, &c.* Græca etiam, & Hebraica consulenda exemplaria, sicut & Chaldaica paraphrasis, ex illorumque verborum radice, seu ethymologia mysteria eruenda, vbi quid in eis mysterii latet: nam alias ab illis omnino abstinendum est. Exemplo sit illud Psalmi: *Transierunt in affectum cordis*, vbi Hieronymus pro affectu vertit *cogitatio*, alii *pictura*, Græcè ponitur *dispositio*. Ex quibus liquet, mundi amatores transire in affectum cordis sui, transuersos rapi in suas passiones, seu vt Paulus ait, tradi *in desideria cordis sui, & passiones ignominiæ*, quas cogitatione versant: hæc autem, quæ cogitãt, non sunt aliquod verum bonum, sed pictum, quod intra se vanè disponunt, &c. Caueat, tamen, ne in variarum versionum allatione, seu agglomeratione, corpus concionis quod bene compactum, apteque connexum esse debet, in fragmenta male cohærentia conuertat. Exemplis, si practicus sit sacræ Scripturæ locus, ampliandus, vt, verbi gratia, ad locum Pauli, *Castigo cor-*

Psalm. 72. 7 Hieron. in psal. 72.

pus meum. & in ſeruitutem redigo : Exempla Sanctorum addenda, docendo eos omnes idem feciſſe.

Vel etiam ampliandus per locorum oppoſitorum ponderationem, ſeu per antecedentium examinationem, vel ſubſequentium coniunctionem.

Allegorico etiam aliquando vtendum ſenſu, tum maximè, quando hiſtoria nihil habet magni, cuiuſmodi in veteri Teſtamento multa ſunt, quæ remoto ſenſu myſtico non multum vtilitatis habere videntur, qui tamen eſt eruendus ſemper non ex nudis verbis, ſed ex rebus per verba ſignificatis, cauendumque eſt, ne vlli doctrinæ verę, nec diuinæ, nec humanæ repugnent, & curandum vt pietati, & moribus conducant, quod tum commodè fit, quando ea, quæ allegoricè interpretantur cum Magno Gregorio ex aliis Scripturæ locis, vbi ſine tropis expreſſa ſunt, eruuntur. *Greg.* Quando tamen hoc ſenſu, vel etiam accommodatitio, ſacro Concionatori vti contigerit, paucis ſemper, vt indicatus Regius obſer- *Reg. Orat. Chriſt. c. 25.* uat, indicabit primum verum & hiſtoricum loci ſenſum, ne docti putent allegoricum ſenſum pro literali per inſcitiam fuiſſe allatum, & minus docti eum ſenſum literalem putent, nam *tunc*, teſte Hieronymo, *allegoriæ fructus ſuauiter capitur, cum prius per hiſtoriam in veritatis radice ſolidatur.* *Hier. hom. 4. in Iat.*

Sacra Bibliotheca selecta in qua primum recensentur, Ex selectioribus Historicis, & memorabilium exemplorum, & miraculorum enarratoribus, nonnulli sacro Concionatori magis congruentes. Cap. IV.

QVos scripsisse nouimus de rebus Politicis, Oeconomicis, Moralibus, Philosophicis, &c. in nostro Indice Vniuersali docuimus. Hic placet modo (tametsi varia studiosorum optimè nouerim esse ingenia, & propensiones) aliquot ex selectioribus Historicis, Theologis, Scholasticis, Recentioribus, vt vocant, Sermonariis, Libellis ad pietatem promouentibus, Patribus, & Scripturalibus recensere, vt qui selectorum librorum sacram sibi volunt construere bibliothecam, quibus libris suis optatis satisfaciant dignoscere nullo possint negotio. Et quidem ex Historicis selectioribus sunt.

Eusebius cognomento Pamphilus Episcopus Cæsariensis, qui vixit circa annum Domini 328. tempore Constantini, scripsit historiam Ecclesiasticam à Christo nato ad tempora Imp. Constantini, de qua Hieronymus, *Ecclesiasticam*, inquit, *pulchrè Eusebius historiam texuit, sed impietatis Arrij apertissimus propugnator est.* Illam Ruffinus circa annũ Domini 390. in Latinum vertens, & aliqua in ea addens, aliqua etiam ex ea detrahens, in libros nouem diuisit, quibus duos de suo addidit. Chrysto-

Hieron. ad Pammach. & Ocean.

phorsonus vero, qui illam etiam est inter-

pretatus, in libros decem diuiſit, prout ab Euſebio primùm fuiſſe diuiſam aſſerit. Scripſit etiam Chronicon, quod Hieronymus è Græco in Latinum vertens, in eo interpretando non ſolum interpretis officio eſt vſus, ſed etiam, vt ipſemet ait, ſcriptoris, dum multa de ſuo addit; nam à Nino, & Abraham, vſque ad Troiæ captiua tempora purè è Græco tranſtulit, à Troia vſque ad viceſimum Conſtantini annum, plurima nunc addidit, nunc miſcuit è Tranquillo, & cæteris illuſtribus hiſtoricis curioſiſsimè excerpta: à Conſtantini autē ſupradicto anno, vſque ad Conſulatum Auguſtorū Valētis ſextū, & Valent. itē ſextū totū eiuſdē Hier. eſt. Porrò Euſebiū hunc Cæſarienſem, (vt docet Card. Bellar.) Arrianum hæreticum fuiſſe, teſtatur S. Athanaſius: & S. Hieronymus illum non ſolum hæreticum Arrianum, ſed nunc ſigniferum, nunc principem Arrianorū vocat: teſtatur ſeptima Synodus act. 5. vbi primum Legati Apoſtolici, deinde tota Synodus eius auctoritatem reiecit tanquam hæretici Arriani. *Quare*, ait ille, *mirum eſt, cum aliqui moderni Euſebium hunc tanto ardore defendere velint.* Huius hiſtoriam Eccleſiaſticam edidit cum Socrate, Theodoreto, Sozomeno, & Euagrio, in Latinum è Græco à Ioan. Chriſtophorſono verſis, de quibus infra, Coloniæ Arnoldus Birkmannus 1581. Ruffini verò verſionem cum aliis eiuſdem operibus excuſit Pariſiis Michael Sonnius 1580. & Lugduni Guillelmus Rouillius 1581. ea demum recudit.

Id. ad Vincent. & Galien.

Bellarm. de Script. Eccl. S. Athana. in lib. de Decret. Nican. Synod. S. Hierony. vbi ſup. & ad Ruffinum.

Chronicon vero eiusdem Eusebij habetur Burdigalæ editum anno 1604. cum Chronico S. Hieronymi, & S. Prosperi, quibus adiunctæ sunt Arnoldi Pontici notæ.

Theodoretus, siue Theodoritus, qui imitatus Eusebium Cæsariensem scripsit Ecclesiasticam historiam à fine librorum Eusebii vsque ad suum tempus, ideſt à vicennalibus Constantini vsque ad Imperium Leonis Senioris, sub quo etiam mortuus est, extat in operum eiusdem tomo secundo, & cum Eusebio, & aliis. De eo plura supra lib. primo, par. prima, cap. 16.

Socrates, qui floruit circa annum Domini 440. Theodosio Iuniore imperante, scripsit Græcè libros septem Ecclesiasticæ historiæ, ab ineunte Constantini Magni Imperio, ab eo scilicet tempore in quo desinit historia Eusebii, vsque ad tempora Theodosii Iunioris, in qua, in multis hallucinatum fuisse, & Nouationi sectæ fauisse, ostendit noster Card. Baronius. Illam è Græco in Latinum vertit, vt etiam historiam Ecclesiasticam Sozomenis & Theodoriti, de quibus infra, Epiphanius, vir doctissimus, hortante Cassiodoro Senatore, & monacho, qui ex iisdem continuam historiam contexuit, quam Tripartitam inscripsit. Prodiit Parisiis cum historia Socratis, vt supra diximus.

Baron. in Annalibus tomo. 5.

Sozomenus, siue Hermias Sozomenus, qui eodem tempore floruit, quo Socrates, & ipse Nouatianis fauens, Græcè libros nouem texuit historiæ Ecclesiasticæ, à tempore, in quo

desiit historia Eusebij Cæsariensis, vsque ad tempora Theodosii Iunioris, & cudit Parisiis Arnoldus Birckmannus cum historia Socratis, de qua supra

S. Victor Vticensis, qui floruit regnante Zenone Imperatore, circa annum Domini 490. scripsit de persecutione Vuandalica libros tres, *Lectu dignissimos*, ait Card. Bellar. *ob insignium martyrium fortitudinem, qui in ea persequutione dormierunt.* Habentur in Bibliotheca Veterum Patrum, tom. 1. nunc denuo expurgatius recusi Parisiis anno 1610. *Bellarm. de Script. Eccl.*

Euagrius dictus Scholasticus, qui floruit circa annum Domini *596.* scripsit Græcè libros sex Historicæ Ecclesiasticæ, ab eo tempore in quo desijt Sozomenus, iuxta Card. Bellar. cõputum, vsque ad annum duodecimum Mauritii Imp. id est vsque ad annum Domini 597. excusi circumferuntur cum Socrate, vt supra diximus. *Bellar. vbi supra.*

Aimoinus Monachus Gallus, quem alii Annonium, vel Ammonium vocant, floruit circa annum Christi 873. scripsit historiam de origine, & gestis Francorum à primo Rege Pharamundo, vsque ad obitum Ludouici Pii filii Caroli Magni, videlicet ad annum 840. nam quæ habentur in eo vsque ad annum 1165. ab aliquo alio addita fuisse ostendit Card. Bellarminus. Eius libri excusi sunt Parisiis anno 1514. & 1567. Item Lugduni 1514. & nouissimè iterum Parisiis. *Bellarm. de scrip. eccles.*

Nicephorus Calixtus Xantopolus vixit tẽpore Andronici Senioris Imp. circa annum

Domini 1305. scripsit Græco idiomate libros decem Ecclesiasticæ historiæ, à Natiuitate Christi vsque ad annum 625. continuato ordine magis exprimens, quæ ante ipsum Sozomenus, Socrates, & Theodoritus scripserunt. Porro quia Græcus, & schismaticus erat, non mirum videri debet, si errores Græcorum proprios scripserit, vt de processione Spiritus sancti à solo Patre, in ipsa præfatione. In rebus etiam historicis multos scripsit errores, quos noster Card. Baronius admonet. Eius libros de Græco iam Latinè redditos edidit Parisijs Aegidius Garbinus 1561. illisque addidit magni Aurelij Cassiodori Senatoris, & Monachi historiam, ex Theodoreto, Sozomeno, & Socrate congestam, *Tripartitam*, inscriptam.

Baron. to. 4. ad 6.

Cassiodori.

hist. Tripartita.

Nicephorus Gregoras, qui floruit circa annum Domini 1330. scripsit Græcè, Romanæ, hoc est Byzantinæ historiæ libros vndecim de rebus Imperij Orientalis, ab eo tempore, quo Imp. Orientale peruenit in potestatem Latinorum, à Theodori Lascaris prioris morte, vsque ad octauum Andronici Iunioris, id est ab anno Domini 1200. vsque ad annum 1334. Habetur in corpore vniuersæ historiæ, præsertim Byzantinæ Latinè redditus, cum Ioan. Zonaræ Annal. Nicetæ Acominati Choniatæ litæ libris, & Leonici Chalcocondylæ, itē libris historiæ Turcicæ Lutetiæ 1567.

Sed quia hos, & alios, quos afferre possemus Historiæ Ecclesiasticę scriptores, & Vitarum Sanctorum, necnon memorabilium,

hiſtoriarum, & exemplorum, de quibus, infra enarratores in multis erraſſe perſpicuum eſt, inſtar omnium eſſe potetit ſacro Concionatori vnus Cæſar Baronius ex noſtra Congregatione Oratorij Romani, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Preſbyter Cardinalis, qui Annales ſuos Eccleſiaſticos incredibili labore, & diligentia copioſè, & eruditè conſcripſit, ab aduentu Domini vſque ad annum 1200. & tomis duodecim comprehendit, apud quem omnino videndum eſt de Scriptoribus allatis atque de cæteris iudicium, & cenſura: vt ſciamus, quantum cuique auctoritatis ſit tribuendum. Eiuſdem Annalium Epitomas, multi vt conficerent, elaborarunt: nullus tamen Hẽrico Spondano hucuſque, quod ſciam eruditius. Laborat tamen adhuc, me perſuaſore, vt alias euulget, ad noſtra vſque tempora, ex grauiſſimis auctoribus, & Regiſtris Romanorum Pontificum continuatas Abraham, Bzouius Polonus, Ordinis Prædicatorum magiſter meritiſſimus, & propedien dabit. Andræas verò Zazzara noſtræ Congregationis Oratorij Romani Presbyter, pleniſſimam, Annalium parat continuationem: ſic beniguiſſimus faueat ipſorum votis Deus, Caterũ (vt optimè Spondanus ait) *Baronij diligentiam fidem, & iudicium non Catholicis tantum, ſed etiã plurimis hæreticis, quibus magis cor ſapit, placuiſſe, plurima ipſorummet teſtimonia comprobant, atque etiam num placere ſcimus, æternum autem placitura piis omnibus nulla eſt dubitatio, Indeque accidit, vt neceſſe fuerit varijs ſæpe locis, atque Prouincijs* *Spondan. in præfat. ad Lector.*

Annalium editiones, quamuis ingentis molis, & sumptus, recudere, & non solum Epitomas occupatis ingerere, sed & Latinam linguam nescientibus translationes, ipso adhuc superstite Baronio, conficere: cum cuperent omnes nationes sua ipsarum lingua auctorem cunctis celeberrimum loqui. Nec id quidē ab hominibus de trivio præstitum, sed planè à magnis dignitate, eloquentia, & scientia viris, nēpe Frācisco isto Panigarola Episcopo, & Comite Astense, Italis, M. Fuggero Barone, & Cæsareæ maiestatis Consiliario Germanis, Stanislao Crancouio Archiepiscopo Gnesnense Poloniæ Primate Primoque principe Polonis, quorum epistolæ excusæ habētur in principio Tomi primi Annal. una cum multis prædaris elogiis Baronj, quibus abundè cognoscatur, quā cupidissimè ij dem eius annales à cunctis mox ab ipso ortu excepti fuerint, quantique ab omnibus habendi sint. Nec sum nescius idem beneficium à Gallis Doctoribus suæ genti paratum iam olim esse, minimeq; dubito, quin illud ipsum alij suis nationibus impetrantur. Denique nihil vnquam tam in Baronij operibus, à cordatis viris desiderabitur, quam quod prāmaturo auctoris trāsitu opus relictum fuerit imperfectum, quod adeo fœlici progressu ad conceptū terminū perductum fermè fuerat. Quare effundant licet inuidi, & maledici virus suum, in eum certè numquā efficient, vt eius memoria bonis, & literatis excidat, desinatque, aliquando in benedictione, & sanctificatione perseuerare in Ecclesia Dei: In memoria æterna
Psal. 111. 6. *erit iustus, ab auditione mala non timebit. Nec magis gloriam eius denigrabunt ātræ liuidorum nubes,*
Psalm. 67. 3. *quam fumus solem. Sicut enim deficit fumus à fa-*
Psalm. 1. 4. *cie Solis, sic illi deficient, & sicut fluit cera à*

facie ignis, ita peribunt, & tanquam puluis, quem proiecit ventus à facie terræ, sic disparebunt. Etenim.

Exegiit monimentum ære perennius,
Regalique situ pyramidum altius.
Quod non imber edax, non Aquilo impotens, Horat. lib. 3 carm. od. 30.
Possit diruere, aut innumerabilis,
Annorum series, & fuga temporum.

Contra verò singulis aduersis libris titulus iste appositè affigetur.

Tineas pasces, taciturnus, inertes, Idem lib. 1. epist. de libro suo.
Aut fugies Vticam, aut vinctus mitteris Ilerdã.

Sanè, qui Baronio detrahunt, & tanquam Harpyæ, vbi lautè sunt epulati, quæ supersunt putore detractionis inquinant, & vt muscę in corpore sano saniem sicubi sit, auidè querunt tanquam inuidi, & maledici sunt vitandi, nõ quod in aliquo illum errasse non putem, cum hoc solum sacris literis datum sit vt nullũ penitus in eis sit reperiri mendacium: *neque enim* vt ipsemet Baronius ait, *in longa, ac perdifficili via illæso semper incedere pede conceditur, & vbi multæ vigiliæ, non leuem saltem irrepere sommum haud patitur humana conditio*: Sed quia, si errauit, vix improbabiliter errauit? dũ nihil ferè vnquam asserat, quod ratione, & auctoritate grauissimorum Scriptorum non probet, Quare, si liuore inuidæ ex cæterorum opimis rebus non marcescerent, vel caligine tenebricosa non essent propriè sentẽtiæ oppressi. qui Baronio detrahunt, in ipsismet erratis haberẽt, vndè eũ laudatũ vellent. Obijt, qui diu ante, suæ mortis præsc. mori didicerat, piè Baron. in princip. appendicis tomi. 10.

in Domino, anno 1607. ætatis suæ 69. Paulo V. Pontifice Optimo Maximo. Eius Annaliū editiones multas habes, videlicet Romanam ex Typographia Vaticana Antuerpiēsem, Plātini: Moguntinam, Hierati, Venetam, Scoti, sed, quæ omnes appendices suis locis habet repositas, & citationes varijs characteribus excusans, omnium mea sententia, commodiorem Colonienſem 1613.

De *Sanctorum Historijs.*

BOninus Mombriptius scripsit duostomos ex manuscriptis antiquis, stylum in eis seruans, quam notarij antiqui exceptores, qui martyrum gesta notabant, seruauerunt. Editi sunt Venetijs, seu Mediolani incertum mihi quo.

Petrus de Natalibus de Venetijs Episcopus Equilinus, qui floruit circa annum Domini, 1460. scripsit Catalogum Sanctorum, & eorum gestorum ex diuersis, & multis voluminibus, qui editus est semel, bis, & tertio Venetiis, sed illius exemplarium iam tāta est penuria, vt difficilè reperiantur.

Iacobus de Voragine Ordinis Prædicatorum Archiepiscopus Genuæ, qui obijt anno Domini 1298. scripsit legenda Sanctorum, in aliquibus tamen rebus maiori pietate, quam diligentia in veritate rerum indaganda. Edita est pluribus in locis Latinè, & Italicè, cum additionibus Claudii à Rota.

Verum, qui magis sacro Concionatori cō-

ueniunt, & emendatius scripserant, sunt Aloysius Lipomanus, qui tomis octo maximo labore collegit, quæ à Metaphraste, & ab alijs antiquis scriptoribus olim fuerant de vitis Sanctorum conscripta, eosque Romę, & Venetijs varijs temporibus edidit, Deinde stylo in gratiam Lectoris mutato, & varijs Sanctorum historijs auctos eosdem.

Laurentius Surius in tomis septem distribuit, & Coloniæ vulgauit. Editi sunt deinde Venetijs sine tomo septimo, & iterum Coloniæ apud heredes Quintellios 1566. in qua editione suis locis per sex tomos sunt distributa quæ tomo septimo habebantur, præter paucas vitas Sanctorum, & Martyrologium Adonis.

Antonius Gallonius nostræ Congregationis Oratorij, Romani Sacerdos, & ex primis B. Philippi Discipulis, qui obiit anno 1605. scripsit tomos duos vnum de Sanctorum Martyrum cruciatibus, Romæ 1594. alterum Italice de Vita Sanctarum Virginum Romanarum. Romæ 1591.

Alphonsus Villega, qui adhuc viuit, scripsit tomos tres de Vitis Sanctorum Hisp. Flos Sanctorum inscriptos, quos etiam in Italicum sermonem translatos habemus, Venetijs pluries editos, & Vari. 16.

Zacharias Lippelloo quatuor tomis, Coloniæ, & Brixiæ primum editis, deinde iterum Coloniæ cum addit Cornelij Grassij 1604. ex Surio, nostrique Baronij annalibus, & notis ad Romanum Martyrologium, multas San-

ctorum hiſtorias breuiter, & piè collegit.

Franciſcus Haræus, qui adhuc viuit, ex ſeptem Laurentij Surij tomis conſcripſit breue compendium de vitis Sanctorum, quod auxit, & edidit illuſtratum Chronologia ex varijs notationibus, ex ſcriptis noſtri Cardinalis Baronii, Onuphrii, Molani, & aliorum. Coloniæ 1605.

Petrus Ribadeneria Societ. Ieſu, qui obijt anno 1611. ex Surio item, & Baronio, ſed ex Haræo, & Lipelloo copioſius, collegit Vitas Sanctorum omnium, qui per totum annum ab Eccleſia Romana celebrantur, quorum in Breuiario Romano fit mentio, quę Hiſpanicè primum in Hiſpania ſunt editæ, deinde Italicè in Italia variis in locis, & Flos Sanctorũ inſcriptæ. Italica editio emendatior eſt Mediolanenſis 1613.

Exemplorum vero memorabilium, Hiſtoriarumque ſelectarum, &

MIraculorũ Scriptores, quos ad mores reformãdos, & virtutes acquirendas multum valere ſupra diximus, ex ſelectioribus ſunt.

Anonymus quidã, qui ex variis auctoribus librum ſuũ colligens, Vitas Patrũ inſcripſit, in cuius prima parte poſuit vitas Monachorum, quas ſcripſit Euagrius Põticus, de quo ſcribit D. Hieron. in epiſtola ad Cteſiphontem, earũ primam Ioan. Abbatis tantum eſſe veram docens, illis tamen in editione, quæ modo circũ

fertur eidem Hieron. perperam adscripta, additæ deinde fuere vitæ SS. Pauli primi Eremitę, Hilarionis, & Malchi ab eodem Hieron. scriptæ. Itē vita S. Antonij scrip. ab Athan. & vita S. Marię Aegyptiacæ à Zosimo edita, in alijs vero partibus posuit dicta Sanctorum Patrum, quæ ab eodem Euagrio prius fuerant collecta, illisque multa addidit ex Cassiano, Climacho, Palladii historia Lausiacha, & aliis. Hunc librum propediem dabit à multis, quibus scatet, mendis expurgatum, & Notis illustratum, Deo fauente, Heribertus Rosucydus Societatis Iesu. Dicta Sanctorum Patrū habentur etiam in Bibliotheca Vet. PP. M. de la Bigne Diuina Apophtegma inscripta.

Gregorius Turonensis, qui floruit circa annum Domini 569. scripsit lib. de gloria Martyrum, & Confessorum, & de virtutibus, & miraculis S. Martytini. Coloniæ 1583. & alibi.

S. Gregorius, de quo supra, qui scripsit lib. 4. informa Dialogi de miraculis Patrum Italicorum, vt ipse dicit epist. 50. cap. 89. lib. 2. ad Maximinum Episcopum, & habentur in fine operum eiusdem Romę, & alibi excusi.

Ioan. Moschus, alias Euiratus, qui floruit circa annum 630. scripsit librum inscriptum, Pratum spirituale ad S. Sophronium Episcopum Ierosolymitanum: ex quo fortasse factū est, sicut Card. Bellarminus obseruat, vt ipsi Sophronio à multis tribuatur. Habetur in tomo septim. Biblior. vet. Patrum, & post Ioan. Clim. scalā paradisi. Et quidē liber est magna ex parte vtilis, & citatur in septima Synodo. *Bellarm. in lib. de Scriptor. Eccl.*

Petrus cognomento Venerabilis Abbas Cluniacenſis qui floruit circa annum Domini 1130. ſcripſit duos libros de miraculis ſui temporis, editos cum reliquis eiuſdem operibus Pariſiis 1522. & Ingolſtadii 1546.

Cæſarius Heiſterbachienſis monachus Ciſtercienſis, ſcripſit libros duodecim hiſtoriarum memorabilium ſui temporis, quos Tritemius vocat, Opus prolixum de miraculis, & viſionibus diuerſis. Fuerunt non ſemel recuſi, ac denique vltimis curis à Tilmanno Bredembachio recogniti, & emendati prodierunt ex officina Birckmannica 1599. & Antuerpienſi 1614.

Thomas Cantipratenſis Ord. Præd. & Epiſcopus ſuffraganeus Archiepiſcopi Cameracenſis, qui floruit circa annum Domini 1265. ſcripſit libros duos miraculorũ ſui temporis, quos Liber apum inſcripſit, in quibus ſub figura apum multa tractat de officio Prælatorum, & ſubditorum. Prodierunt Duaci anno 1597. cum annot.

S. Bonauentura, qui floruit circa annum Domini 1265. edidit librum exemplorum ex veteri, & nouo Teſtamento excerptum: quẽ alii Sylueſtro Prierio; alii Nicolao Hanapo, tribuunt. Incertum tamen, quis verus eius auctor fuerit, qui S. Bonauenturæ tribuunt, inſcribuntur Biblia pauperum, qui aliis, Virtutum, & vitiorum exempla. Prodit Lugduni, & habetur etiam excuſus in tomo primo Opuſculorum eiuſdem Sancti. Romæ 1588.

Io.

Io. Nider natione Germanus Ord. Prædicatorum, qui floruit circa annum Domini, 1400. ſcripſit opus ſingulare miraculis, & exemplis refertiſſimum, quod Formicariũ inſcripſit, in quo Chriſtianos quoſque mirabili formicarum exeplo ad vitam & honeſte inſtituendã efficaciſſimè erudit. Prodijt cũ notationibus Georg. Coluenerii Duaci 1602.

Anonymus quidam circa annum Domini, 1480. edidit Magnum Speculum exemplorũ ex pluſquam 60. auctoribus excerptum, quod Io. Maior Soc. Ieſu magno cũ labore, & ſtudioſorum vtilitate recognouit, auctoreſque fideliter indicauit, ex quibus auctor ſingula exempla excerſperat: multa inſuper ex pluſquam aliis 80. auctoribus exempla addidit, & notis locupletauit. Commodior eius editio eſt Duacenſis quæ, integro vno tomo Manipulus exemplorum inſcripto auctore Ioanne Fabio Abbate Sancti Bauonis aucta prodiit hoc eodem anno 1614.

Diſcipulus etiam, ſiue Henricus Heralt, qui floruit circa annũ Domini 1450. edidit Promptuarium exemplorum ex ſpeculo hiſtoriali. Vincentij Belluacenſis, & aliis auctoribus, multas tamen habet enarrationes, quæ cum grano, vt aiunt, ſalis ſunt intelligendæ quare cautum exigit concionatorem. Venetiis 1614.

Marcus Marulus Spalatẽſis ſcripſit libros ſex de benè, beateque viuendi inſtitutione ad normam vitæ Sanctorum vtriuſque teſtamenti, quorum editio Antuerp. Egidii ſteelſij 1584. a mendis eſt repurgatior, atque Sanctorum

Patrum locis sigillatim appositis insignita, vt etiam aliæ, quę postea prodierunt editiones.

Anonymus etiam quidam in vnum corpus redegit multos ex secularibus, & sacris scriptoribus, quod inscripsit Exempla virtutum, & vitiorum, Basileæ 1555.

Alphonsus Villega, qui adhuc, ni fallor, in humanis degit, inter reliqua sua volumina, quæ de Sanctorum historijs, & sacris cõcionibus Hispanicè conscripsit, & euulgauit, vnum ex eis Fructus Sanctorum inscripsit quod in eo miracula insigniora, & virtutum exempla ex vitis Sanctorum excerpta, quasi fructus sanctorum collegerit. Excusum est primum in Hispania Hispanicè, deinde Venetijs Italicè, anno 1604.

Tilmanus Bredembrachius, qui nostro hoc sæculo floruit, scripsit libros octo Collationum Sacrarum, quibus etiam additus est nonus de Sãctissima Eucharistia. Coloniæ apud Maternum Cholinum.

Matthæus Raderus Germanus, ex Tirolo, Soc. Iesu, qui adhuc viuit, scripsit Viridarij Sanctorum partes 3. in quo varia, & illustria Sanctorum exempla collegit è Græcis, & Latinis fontibus, multa sanè eruditione, ac diligentia. Edidit Ingost. 1607. & 1610.

Matthæus Tympius qui etiam adhuc viuit, scripsit admirandum vindictæ diuinæ theatrũ, & Triumphum, seu admiranda præmia Christianarum virtutum, per locos communes dispositа, ex grauissimis sacris, ac prophanis historicis. Monasterij Vuestphaliæ 1611.

& Coloniæ 1614. cum additionibus.

Valerius Venetus Ord. Franciſci Capucinus ſcripſit Italicé tomos duos exemplorum, quos ex varijs auctoribus collectos euulgauit ſub titulo Prati Floridi, primum illorum ſub nomine Ioſephi Bellarini Venetijs. 1612.

Auguſtinus Mannus è Canthiano, noſtræ Congregationis Oratorij Romani Sacerdos, & B. P noſtri Philippi ex primis diſcipulis ſcripſit hiſtoriam ſelectam, idcirco ab eo inſcriptam, quod inſignes, & reconditas enarrationes, quæ ad virtutem promouendam, & vitia fugienda faciunt, in ea ponere inſtituerit, in qua de ipſis etiam virtutibus, & vitijs, ex Sanctorum Patrum ſcriptis multa diſſeruit. Prodijt tomus primus ex Typographia Bartholomæi Zanetti 1613. Alterum tomum præ manibus habet, in quo, vt communibus votis ſatisfaciat, nihil aliud ponet, niſi mirabilia facta, quæ vel ipſe à fide dignis accepit, vel à grauiſſimis auctoribus excerpſit opus à multis iam cæptum annis, & à multis etiam deſideratum.

Proderunt etiam Sacro Concionatori ad varia exempla colligenda hiſt. ſeu Chronicõ Religionis Sanctorum Franciſci, & Dominici, quę Hiſpanicè primum, deinde etiam Italicè prodierunt. Thomæ Bozzij noſtræ Cõgregat. Oratorij Romani, viri inſigni eruditione, & pietate conſpicui, ex primis B. Patris Philippi Nerij diſcipulis, qui obijt anno 1612. Opus de ſignis Eccleſiæ Dei Romæ, &

Coloniæ editum. Io. Felicis Assulphi liber cē-tum euentuum, & Officina historica Italicè, Seraphini Razzii Viridarium, & Speculū exē-plorum Italicè, ex Thomæ etiam Porcacii Hi-storiæ Parallella, similitudines, &c.

Ex selectioribus Theologis Scholasticis, Practicis, & Positiuis, nonnulli Sacro Concionatori magis congruentes.

Capitis IV. Pars Altera.

LIcet inter selectiores Scholasticos, nulli sit dubium, quin selectissimi sint Petrus Lombardus, S. Bonauentura, Alexander Alensis, Albertus Magnus, Ioannes Duns Scotus, & ex eorum sequacibus alii quā plures, quorum laboribus, & doctrina maximè Sancta Dei coruscat Ecclesia, vnum tamen Angelicum S. Thomam sufficere Sacro Concionatori, cui munus est Angelicum demandatum, nullus, qui benè sapiat, negat: cum eius sit doctrina ordinatissima, & dilucida, quæque in aures populorum non difficilè instillari possit, & ad communem loquēdi modum accommodari: Copiosa, & vniuersalis, omnium ferè complectens rerum diuinarum, & humanarum argumenta speculatiua, & practica: Solida, & firma, optimis semper innixa fundamentis: tum scripturarum, quas copiosè, & eruditè tractat: tum rationum moralium, naturaliumque quasquemadmodum, & sententias Sanctorum Patrum, benè, & enucleatè proponit: Omnium tandem

doctrinam grauissima, & synceriſſima. Huius tamen Sancti viri Summam Theologiæ, in qua ſe ipſum ſuperat, ſuper omnia aſsidua lectione peruoluere debet Sacer Concionator: nam illa, S. Doctor, vt dicitur, omne tulit punctum, & viam reliquis omnibus præcluſit, auguſtinus, aut plenius, aut breuius, in eo genere, aliquid faciendi, Vnde merito Ioannes 22. Pontf. Max. cum S. Thomam in Sanctorum Catalogo ſcribi mandaſſet, diuinitius hæc verba pronuntiaſſe exiſtimatur? *Niſi B. Thomas alia edidiſſet miracula, vnuſquiſque, articulus eorum, quos ſcripſit, habendus pro miraculo eſſet.* Eius variæ extant editiones, ſed emẽdatiores ſunt Romana in folio cum Tho. de Vio Card. Caietani Commentar. 1570. & ſi illis in octaua forma ex Typographia Populi Romani anni 1587, Antuerpienſis plantiniana 1612. item ſine comment. multis tamen in locis variis aucta lectionibus, & ab erroribus Typographorum expurgata. Huius S. viri operum variæ extant editiones: ſed omnium commodior eſt Romana, quæ Vincentij Iuſtiniani ex Fratrum Prædicatorum Generali Magiſtro Cardinalis Illuſtriſſimi opera, & Pii V. Pont. Max. iuſſu, quã emendatiſsimè prodiit anno 1570. Veneta Nicolini. Antuerpiẽſis integro vno tomo aucta. 1612. *Poſſ. in app.*

Scripſerunt in totam Angelici Doctoris Summam.

THomas de Vio Caietanus, de quo etiam ſupra lib. 1. parte prima Capite 16. qui *Sup. lib. 1. p. 1. c. 16.*

ex Magistro Generali Ord. Prædicat. à Leone X. S. R. E. Presbyter Card. creatus, floruit circa annum Domini 1500. Vir fuit summi ingenij, & inter omnes sui temporis Philosophos & Theologos longè doctissimus. Habentur eius comment. vbique penè locorum excusa: sed expurgatius cum summa S. Tho. Romæ apud Bladios, & Venet. apud Iuntas 1613.

Seraphinus Capponus à Porrecta Ord. Pręd. tomos quatuor elucidationum, & formalitatum sanè tyrionibus non contemnendos. Prodierunt Venetijs Sæpius ex Typographia Iuntarum, & denuo anno 1613. cum textus S. Tho. & Caiet. Comment. & quæst. de Diuinis attributis Chrysostom. Iauelli.

Greg. de Vallentia Methymensis Soc. Iesu tomos quatuor, quibus ita illam explicuit vt nimias, & spinosas subtilitates circumcidat. Obijt anno 1603. sæpius multis in locis excusi sunt. sed emendatiores, & auctiores censentur, qui vltimis curis Lugd. & Paris. prodierunt 1612.

Alexander Pesantius tomum vnum. Venetijs anno 1606.

In primam Partem scripserunt.

CHrysostomus Iauellus Ord. Præd. tractatū vnū de diuinis attributis, à quæst. prima vsque ad quæst. 43. Venetijs, & alibi cum summa S. Thomæ, & Caietano.

Dominicus Bagnes Ord. Præd. tomos

duos, primum à quæſt. prima vſque ad 64. Secundum à quæſt. 65. vſque ad vltimam. Venetijs apud Iuntas 1602.

Ludouicus Molina Soc. Ieſu, qui obijt anno Domini 1600 tomos duos, quorum alter 26. quæſtionum priorum expoſitionem, continet, alter vnà cum reliquarum quæſtionum explicatione tractatum de opere ſex dierum: cui etiam adiectæ ſunt eiuſdem auctoris diſputat ex libro cõcordiæ liberi arbitrij cum gratiæ donis excerptę. Venetijs. 1602. Lugduni, & alibi.

Bartholomæus Torres Epiſcopus Canarienſis tomum vnum de Trinitate, à quæſt. 27. vſque ad 40. Venet. 1588. quo anno viuebat.

Petrus Trigoſius Ord. Capucinorũ S. Franciſci tomum vnum, à quæſt. prima vſque ad 43. de diuinis attributis, S. Bonauenturæ ſequutus ſcriptum in primum ſententiarum. Rom. 1592. quo anno viuebat.

Franciſcus Zumel Ord. Redemptorum, tomos duos, primum à quæſt. prima vſque ad 44. ſecundum à quæſt. 45. vſque ad 113. Salamanticæ 1587. quo anno viuebat.

Gabriel Vaſquez Bellomontanus Soc. Ieſu, tomos duos, primum à quæſt. 1. vſque ad 26. ſecundum à quæſt. 27. vſque ad 64. Venetijs & Ingolſt. 1606. obijt anno 1604.

Franciſcus Suarez, Societatis Ieſu, qui adhuc viuit tomum vnum de diuinis attributis, & Trinitate à quęſt. 1. vſque ad 43. Lugduni ſumptibus Horatii Cardon 1607. *Obiit anno 1617*

Raphael Ripa Venetus ex Ord. Præd. Epiſ-

copus Curzulenſis tomum vnum tractationum, & dubitationum ſcholaſticarum, à quæſtio.1. vſque ad vltimam, quibus etiam Thomam Caietanum defendit, Venetiis anno 1609, quo anno viuebat.

Io. Paulus Nazarius Cremonenſis. Ord. Præd. tomos duos, primum à quæſt.1. vſque ad 25. ſecundum vſque ad quæſt. Venetiis apud Georgium variſcum 1610.

In Primam Secundæ ſcripſerunt.

COnradus Koellinus Ord. Præd. tomum vnum à quæſt.1. vſque ad vlt. Venetiis cũ notis Stephani Gualdi. Vixit eo tempore, quo Cardinalis Caietanus 1511.

Bartholomæus Medina Ord. Præd. qui obiit anno 1599. à quæſt.1. vſque ad quæſt.114. edidit Salamant. & deinde Romę, & Bergomi.

Fraciſcus Suarez Soc. Ieſu tomum vnum à q.90. ad 109. de legimus Antuerpiæ, & Lugduni 1613.

Franciſcus Zumel Ord. Redemptorum, de quo ſupra, tomos duos primum à quæſt. 71. vſque ad 89. ſecundum à quæſt. 109. vſque ad 114. Salamant. 1594.

Gabriel Vaſquez, de quo ſupra, tomos duos primum à quæſt.1. vſque ad 89. ſecundum à quæſt.90. vſque ad 114. Venet. & Ignoſt.1608.

Io. de Salas Soc. Ieſu, tomos tres primũ à q. 1. vſque ad 48. ſecundum à quæſt.49. vſque ad 89. qui editi ſunt Salamanticæ 1611, Tertium de legibus à q.90. vſque ad 109. Lugduni 1615.

Io.de Lorca Monachus Ciſtercienſis tomos duos primum à quæſt. 1. vſque ad 70. ſecundum à qu.71.vſque ad 94.Compluti ex officina Io.Gratiani 1609.quo anno viuebat.

In Secundum Secunda ſcripſerunt.

DOminicus Soto Ord. Præd. qui obijt anno Domini 1560. tomum vnum de Iuſtitia,& Iure,à qu.90.vſque ad 185. Antuerpiæ.Venet.Lugd.& alibi.

Dominicus Bagnes Ord.Prę.domos duos, primum à quæſt.1.vſque ad 46. de Fide, Spe, & Charitate, ſecundum de Iuſtitia, & Iure à qu.57. vſque ad 78. Venetiis apud Iuntas 1602.

Ludouicus Molina, de quo ſupra, tomos duos,primum de Iuſtitia, ſecundum de Contractibus Venet. Antuerpiæ,& alibi.

Franciſcus Suarez Soc. Ieſu de Religione tomos duos,primum à qu.81.vſque ad 100.ſecundum à q.82.vſque ad 98. Lugduni ſumptibus Horatij Cardon 1610.

Michael Bartholomæus Salon Eremita Auguſtinianus tomo duos, primum à quæſt.57. vſque ad 76.ſecundum à quæſt.77. vſque ad 122. cui addidit tractat. de ſenſibus, de cambiis,de contractu ſocietatis,de contractu aſſecurationis,de emptione fructuum &c.Venet. 1608.

Leonardus Leſſius Soc. Ieſu de Iuſtitia, & Iure cæterisque virtutib.Cardinalibus à q.47. vſque ad q.171.Antuerpiæ,& Pariſiis 1612.

Raphael de la Torre Ord. S. Dominici, tomos tres de Religione, à quæſt. 80. vſque ad 123. Salamanticæ 1612. &c.

In Tertiam Partem ſcripſerunt.

BArtholomæus Medina Ordinis Præd. tomum vnum vſque ad queſtionem 60. Salamanticæ, & Venetiis 1610. quo anno viuebat.

Didacus Aluarez ex Ord. Præd. Arichiep. Tranenſis, tomum vnum de Incarnatione, à quæſt. 1. vſque ad 24. Romæ 1612. adhuc viuit.

Franciſcus Suarez Soc. Ieſu, tomos 5. primum à quæſt. 1. vſque ad 26. de Incarnatione.

Secundum à quæſt. 27. vſque ad 59. de Vitæ Chriſti myſteriis.

Tertium à qu. 60. vſque ad 83. de Sacramentis in genere, & Sacram. Baptiſmi, Confirmationis, & Euchariſtiæ.

Quartum à qu. 84. vſque ad fin. de Pœnitentia, Extrema Vnctione, Purgatorio, Suffragiis, & Indulgentiis.

Quintum de Cenſuris, Eorum auctior editio eſt Lugdunenſis Horatii Cardon. 1608.

Didacus Nuñez Ord. Præd. qui adhuc viuit, tomos duos: Primum de Sacramentis in genere, & de Sacram. Baptiſmi, Confirmat, & Euchariſtiæ, à qu. 60. vſque ad qu. 83.

Secundum de Sacramento Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis, à qu. 84. vſque ad qu. 40. ſupplementi. Venetiis 1613.

Gabriel Vaſquez de quo ſupra, tomos duos: Primum à quæſt. 1. vſque ad 26. de Incarnatione.

Secundum à qu. 27. vſque ad 71. de B. Virgine, Sacramentis, & de Baptiſmo. Venetiis, & Ingolſtadij 1612.

Petrus Cabrera Cordubenſis Ordinis S. Hieronymi, tomos tres, primum à quæſt. 1. vſque ad 10.

Secundum à qu 10. vſque ad 26.

Tertium à qu. 60. vſque ad 71. duos priores Cordubæ 1601. Tertium Madriti 1611. quo anno viuebat.

De Theologicis controuerſiis contra Hæreticos, ex Neotericis ſelectioribus ſcripſerunt.

RObertus Bellarminus ex Soc. Ieſu S. R. E. Cardinalis omni dignus præconio, qui adhuc viuit, tomos tres omnibus numeris adeo abſolutos, vt ſoli in hoc genere Sacro Cõcionatori ſufficere poſſint: Primum de verbo Dei ſcripto, & non ſcripto, de Chriſto capite totius Eccleſiæ, de Summo Pontifice, de Eccleſia, de membris Eccleſiæ militantis Cleſiricis, Monachis, Laicis, de Eccleſia, quæ eſt in Purgatorio, & de Eccleſia, quæ triumphat in Cœlis.

Secundum de Sacramentis in genere, de Baptiſmo, & Confirmatione, de Euchariſtia, & Sacrificio Miſſæ, de Pœnitentia, de Extrema Vnctione, Ordine, & Matrimonio.

Tertium, de gratia primi hominis, &

ſtatu Innocentiæ, de gratiæ amiſſione, & reparatione, & ſtatu iuſtificatorum per Chriſtum.

Scripſit etiam Iudicium de concordia Lutheranorum; de Indulgentiis, & Iubilæo, & de tranſlatione Imperij, & alia, de quibus alibi. Ingolſtadij, Venetiis, & nouiſſimè Lugduni in quarto, & octauo folio.

Martinus etiam Becanus Soc. Ieſu, qui adhuc viuit, ſcripſit tomos tres, quorum primus continet examen plagæ Regiæ, de fide Deo ſeruanda; Priuilegia Caluiniſtarum: Quæſtiones Batauicas, Diſſidium Anglicanum, Duellum, & de Pontifice Veteris Teſtamenti.

Secundus continet de fide Hæreticis ſeruanda, Quæſtiones miſcellaneas de eadem materia, de Antichriſto reformato, quæſtionem an Eccleſia Romana defecerit, de Triplici cœna Caluiniſtarum, Lutheranorum, & Catholicorum, de Communione, ſub vtraque ſpecie, refutationem apologiæ Regis Angliæ de Primatu Eccleſiæ, refutationem torturæ Torti in ſacellanum eiuſdem Regis, de Purgatorio Caluiniſtarum, & de triplici ſacrificio naturæ, legis, & gratiæ.

Tertius continet, de Prædeſtinatione Caluiniſtarum deſperata, de Prædeſtinatione Catholicorum Orthodoxa, de authore peccati, ſeu An alius ſit Caluiniſtarum, alius Catholicorum Deus, de Iuſtificatione ſecundum Caluiniſtas, & Catholicos, de merito, ac iuſtitia bonorum operum ſecundum eoſdem, de auxiliis gratiæ Chriſti ſecundum eoſdem, de

Circulo Caluiniſtico contra Paræum, Quæſtiones Caluiniſticas contra eundem, Aphoriſmos doctrinæ Caluiniſtarum, cum reſponſione ad aphoriſmos falſo Ieſuitis impoſitos, De differentia inter Pelagianos, Caluiniſtas, & Catholicos, in negotio prędeſtinationis, de officiis Angelorum circa homines, & refutationem propoſitionum Philippi Pleſſęi de Euchariſtia. Moguntiæ 1610. Prodiit deinde eiuſdem auctoris aliud Opuſculum inſcriptum Controuerſia Anglicana. Ibid. 1612. Alios ſcriptores de Theologicis controuerſiis notauimus in noſtro Indice vniuerſali, verbo Theologicæ controuerſiæ, quos, ſi placet, ibi, lector conſulere poteſt.

Contra Iudæos ex Selectioribus Neotericis ſcripſerunt.

PORchettus de Saluaticis Monachus Cartuſienſis, qui floruit circa annum Domini 1315. tomum vnum inſcriptum Victoria Porchetti, in quo ex ipſiſmet Rabbinis eorum perfidiam pleniſſimè conuincit. Illum recognouit Auguſtinus Iuſtinianus ex Ord. Prædicatorum Epiſcopus Nebienſis. Pariſiis, 1520.

Finus Hadrianus Finius, qui floruit circa annum Domini 1450. tomum vnum inſcriptum Flagellum Iudæoram ex ſacris Scripturis excerptum. Venetiis 1538.

Petrus Galatinus Ord. Minorum, tomum vnum de Arcanis Catholicæ veritatis contra

Iudæorum perfidiam. Orthonæ 1518. quo tempore viuebat, & demum Francofurti.

Hieronymus à S. Fide, tomum vnum inſcriptum Hebræomaſtix.

Dominicus Garcia, tomum vnum inſcriptum Propugnacula validiſſima Religionis Chriſtianæ contra obſtinatam perfidiam Iudæorum. Cæſarauguſtæ 1606. quo tempore viuebat.

Contra Sarracenos ex Selectioribus ſcripſerunt.

RIcoldus, ſeu Ricardus de Florentia Ordinis Prædicatorum, qui claruit anno 1295. tomum vnum, confutationis legis Mahumetanæ, ſeu, improbationis Alcorani, vna cum libello de moribus, conditionibus, & nequitia Turcarum alterius auctoris. Pariſiis 1509. & Hiſpali 1520.

Io. Andreas olim Maurus, & Alfacquinus Ciuitatis Sciatiuiæ, deinde Chriſtianus, & Presbyter, Opuſculum inſcriptum Confuſio ſectæ Mahumetanæ.

Philippus Boskierus Ord. Minorum, qui adhuc viuit, tomum vnum inſcriptum Orator terræ Sanctæ, & Hungariæ, ſeu ſacræ Philippicæ in Turcarum Barbariem, & importunas Chriſtianorum diſcordias. Coloniæ 1611.

Contra Gentiles, & Ethnicos ex Selectioribus ſcripſerunt.

PAulus Oroſius Presbyter, S. Auguſtini diſcipulus, qui floruit circa annum Do-

mini 425. tomum vnum hiſtoriarum contra Paganos, cum notis Franciſci Fabritij Marcodurani. Coloniæ 1582.

Saluianus Maſſilienſis, qui floruit circa annum Domini 460. tomum vnum, de vero iudicio, & prouidentia Dei, & ipſius gubernatione hominum, & rerum mundi huius. Romæ, & alibi.

S. Thomas de Aquino, de quo ſupra tomum vnum, inſcriptum Summa contra Gentes. Romæ, & alibi.

Concilia, & Decreta Summorum Pontificum.

DEcretales cum gloſſis, & Decretum Gratiani prodierunt Venetiis Lugduni, & alibi: pulchrior tamen editio eſt Romana anni 1582. in tomos tres in folio. In Lugdunenſi tamen 1612. multa ſunt addita.

Bullæ, vt vocant, Summorum Pontificum vſque ad Paulum V. in vnum corpus à Laertio Cherubino collectæ, optimoque ordine diſpoſitæ, & notationibus marginalibus auctæ ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ, in qua ſub prælo adhuc ſudant, propediem, Deo fauente, in lucem exibunt.

Iacobus Caſtellanus ſcripſit Compendium conſtitutionum Summorum Pōtificum, quæ extant à Gregorio VII. vſque ad Clementem VIII. Venetiis 1603. quo anno viuebat.

Stephanus Quaranta, qui adhuc viuit, ſcripſit Summam Bullarij, ac Conſtitutionum

Summorum Pontificum, quæ poſt volumina Iuris Canonici vſque ad Paulum V. Pontificem Maximum emanarunt. Brixiæ cum addit. Proſperi de Auguſtino 1606. & iterum Venetiis cum aliis additionibus 1612.

Seuerinus Binius, qui adhuc viuit, tomis quinque complexus eſt Concilia omnia generalia, & Prouincialia, necnon epiſtolas Summorum Pontificum, & eorundem Vitas, notisque illuſtrauit. Coloniæ 1606.

Prodierunt anno præterito 1613. ex Typographia Camerę Apoſtolicæ Romę Concilia omnia generalia Græcolatinè diligentiſſimè excuſa.

Ex ſelectioribus, de Caſibus, vt vocant, Conſcientiæ, ſcripſerunt.

SYlueſter Prieras Ord. Prędi. qui floruit circa annum Domini 1520. tomos duos, Summa Sylueſtrina, ſiue Summa Summarum, inſcriptos. Venetiis 1572.

Martinus ab Azpilcueta Doctor Nauarrus, qui anno 1588. viuebat, tomos quinque, quorum primus continet Manuale Confeſſariorum, & pœnitentium.

Secundus, Com. de pœnitentia, & Iubilæo.

Tertius, Enchiridion de oratione, & horis Canonicis. Item Miſcellanea de oratione. Item Commentaria de finibus humanorum actuum. Item in cap. *inter verba*, in cap. *humana aures*. Item de ſilentio in diuinis officiis, & in choro.

Quartus

Quartus relectiones duas in cap. *ſi quando*, & *ſi contra*. Item commentaria in Rubricam de *Iudiciis*, in cap. *accepta*, in cap. *ita quorundam*, de Iudæis, de Vſuris, & de datis & promiſſis.

Quintus de Regularibus, de redditibus beneficiorum, de alienatione rerum Eccleſiaſticarum, & de ſpoliis Clericorum. Venetiis, Lugduni, & alibi, ſed emendatior eſt impreſſio Romana anni 1588. in quarto folio, & in folio magno. Item tomos alios duos Conſiliorum, ſeu Reſponſionum, iuxta ordinem Decretalium diſpoſitorum. Venetiis, & alibi, ſed item emendatius Romæ 1595. Manuale Confeſſariorum notis illuſtrauit Andreas Victorellus Doctor Theologus Baſſanenſis, & edidit Venetiis 1614. illudque in Compendium redegit Petrus de Alagona Societatis Ieſu, & nouiſſimè Stephanus de Auila item Soc. Ieſu Lugduni 1610.

Thomas de Vio Caietanus, de quo ſupra, tomum vnum inſcriptum, Peccatorum Summula, quæ nouiſſimè prodiit cum recognitionibus, & additionibus Gaugerici Hiſpani. Duaci 1613. & ſine huiuſmodi additionibus Venetiis, Lugduni, & alibi.

Ioan. Lopez Ord. Præd. qui anno 1583. viuebat, tomum vnum inſcriptum, Inſtructorium conſcientiæ, Brixiæ, Mediolani, & alibi: ſed emendatior eſt Lugdunenſis impreſſio anni 1592.

Emmanuel Sà Societatis Ieſu, qui obiit anno 1596. tomum vnum Aphoriſmorum Con-

feſſariorum, ex Doctorum ſententiis collectorum. Romæ Venetiis, Brixiæ & alibi, cum notis Andrææ Victorelli.

Franciſcus Toletus ex Societate Ieſu S. R. E. Card. qui obijt anno 1596. tomum vnum inſcriptum, Inſtructio Sacerdotum. Venetiis, & Brixiæ: ſed auctior, & emendatior Romæ, & Lugduni, apud Cardon, cum notis Andrææ Victorelli.

Hieronymus Liamas monachus ſancti Bernardi, qui anno 1598. viuebat, Summam Eccleſiaſticam. Brixiæ 1606.

Emmanuel Rodriguez tomos duos Hiſpanicè, primum Barcinonæ 1599. quo anno etiam viuebat, & deinde Italicè Venetiis 1603. & Latinè ibidem 1612.

Ludouicus Molina Soc. Ieſu, qui obijt anno 1600. tomos ſex, quorum primus tractat de Iuſtitia.

Secundus de Contractibus. Venetiis, & alibi.

Tertius de maioratibus, & tributis, & de delictis, & reſtitutione.

Quartus de Iuſtitia commutatiua circa bona corporis, & perſonarum.

Quintus de Iuſtitia commutatiua circa bona honoris, famæ, & ſpiritualia.

Sextus de Iuriſdictione. Omnes partim Antuerpiæ, & partim Moguntiæ.

Ioan. Azor. Soc. Ieſu, qui obijt anno 1603. tomos tres Inſtitutionum Moralium, Romæ tomus primus 1600. Secundus 1606. Tertius 1611. & deinde ſimul Pariſiis 1614.

Ioannes Baptiſta Bernardinus Poſſeuinus, qui anno 1604. viuebat, tomum vnum de officio Curati, ad praxim præcipuè circa repentina, & generaliora, cui adiunctæ ſunt notæ Andreæ Victorelli Baſſanenſis. Venetiis, & Brixiæ 1612.

Martinus Alphonſus Viualdus Canonicus Regularis tomum vnum, inſcriptum Candelabrum aureum Eccleſiæ ſanctæ Dei. Venetiis 1604. quo anno viuebat.

Henricus Henriquez Soc. Ieſu, qui obijt anno Domini 1604. tomum vnum, inſcriptum Summa Theologiæ moralis. Venetiis 1600. Eius tamen lectio ex præſcripto Indicis lib. prohibit. interdicitur, niſi fuerit expurgatus.

Paulus Comitolus Soc. Ieſu, qui adhuc viuit, tomum vnum Reſponſorum moralium. Lugduni 1609.

Valerius Reginaldus Soc. Ieſu, qui adhuc viuit, tractatum de Prudentia, & cæteris in Confeſſario requiſitis. Lugduni 1610.

Hieronymus Onuphrius Hieronymianus opuſculum de ſacro ſigillo. Mediolani 1611. quo anno viuebat.

Iacobus Graffius monachus Caſſinenſis, qui adhuc viuit, tomos ſex, duos cum appendice, & additamentis, Deciſionum caſuum. Venetiis 1609. vnum de caſibus Pontifici & Epiſcopis reſeruatis. Neapoli 1609. duos Conſiliorum. Venetiis, & demum vnum, de Arbitrariis Confeſſariorum. Neapolim 1613.

Ioan. Chapeauille, qui adhuc viuit, tomos duos, vnum de caſibus reſeruatis, cui acceſſit examen Confeſſariorum. Leodij 1603. alium de neceſſitate, & modo miniſtrandi Sacramenta tempore peſtis. Moguntiæ 1612.

Horatius Gambarupta, qui adhuc viuit, tractatum de caſibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, & locorum Ordinariis. Venetiis 1610.

De *Beneficiis ſcripſerunt ex ſelect.*

FLaminius Pariſius, qui anno 1591. viuebat, tractatum de reſignatione Beneficiorum, complectens totam feré praxim beneficiariam. Venet. 1605. Romæ, & alibi.

Petrus Gregorius Tholoſanus, qui anno 1595. viuebat, tomum vnum Inſtitutionum breuium & nouarum. Lugduni 1602.

De *Cenſuris.*

BArtholomæus Vgolinus, qui anno 1602. viuebat, tomos duos. Primum de cenſuris in genere, Alterum de cenſuris reſeruatis Pontifici. Bononiæ, & Venetiis var. temp.

Franciſcus Suarez de quo ſupra.

Gregorius Sayrus Monachus Caſſinenſis, qui obijt anno 1605. tomum vnum, inſcriptum Theſaurus caſuum conſcientię. Venetiis 1606.

Stephanus de Auila Soc. Ieſu tractatum. Lugduni 1609. quo anno viuebat.

De Confeſſione, ſeu Pœnitentia.

IOan. Medina, qui anno 1595. viuebat, tomum vnum, in quo etiam de reſtitutione, & contractibus. Brixiæ, & alibi.

Gregorius Sayrus monachus Caſſinenſis, de quo ſupra Summulam. Venetiis 1602.

De Eccleſiæ ritibus ſcripſit exactiſſimè.

IOan. Stephanus Durantes, qui anno 1581. viuebat, libros duos. Romæ 1591.

De Epiſcopis, & eorum officio ſcripſerunt.

BArtholomæus à Martyribus ex ordine Prędicatorum Epiſcopus Bracharenſis tomum vnum, inſcriptum Stimulus Paſtorum, ex Patrum ſententiis concinnatus. Pariſiis 1583.

S. Carolus Borromæus tomos tres, inſcriptos Acta Eccleſiæ Mediolanenſi, ſiue decreta plurium Conciliorum Prouincialium, ab eodem S. Carolo actorum. Primum Mediolani, deinde Brixiæ, & alibi.

Gabriel Card. Paleottus tomum vnum inſcriptum, Archiepiſcopale Bononienſi in quo de prędipuis, & neceſſariis Epiſcopalis officij functionibus. Romæ 1594. quo anno viuebat.

Ioan. Franciſcus Leo tomum vnum, inſcriptum Theſaurus fori Eccleſiaſtici. Bo-

noniæ 1604. quo anno viuebat.

Rutilius Benzonius Epiſcopus Lauretanus, & Recanatenſis, qui obiit anno 1613. tomum vnum, inſcriptum Speculum Epiſcoporum, & Curatorum, in quo etiam de fuga in peſte, fame, & bello diſſerit. Venetiis 1595.

Bartholomæus Vgolinus. Bononiæ 1609.

Marcus Antonius Genuenſis, qui adhuc viuit, tomum vnum, inſcriptum Praxis Archiepiſcopalis Curiæ Neapolitanæ, qui Neapoli primum anno 1602. deinde Romę variis temporibus prodiit.

De Irregularitate.

SImon Maiolus Epiſcopus Vulturarienſis, qui anno 1575. viuebat, tomum vnum. Romæ 1585.

Bartholomæus Vgolinus, de quo ſupra, tomum vnum. Bononię, & Venetiis.

De Matrimonio.

THomas Sanchez Soc. Ieſu, qui obijt anno 1610. tomos tres, primus continet tract. de Sponſalibus, de eſſentia, & conſenſu matrimonij in genere, de concenſu clandeſtino, coacto, & conditionato, de donationibus inter coniuges, ſponſalitiis, largitate, & arris. Genuę 1602.

Secundus, continet tract. de impedimentis matrimonii. Venetiis 1606.

Tertius, continet tract. de diſpenſationi-

bus, de debito coniugali, & de diuortio. Ibidem eodem anno. Prodierunt deinde iterum recusi Venet. 1612. in illis tamen siue malitia, siue incuria typographi multa fuerunt detracta. Demum vltimis curis correctiores prodierunt Antuerpiæ 1607. & 1614.

De Missa.

ANtonius Monchiacenus Democares tomum vnum, inscriptum Propugnatio Catholica, & Historica contra Misolyturgorum blasphemias, & imposturas contra Missam. Parisiis 1562. quo anno adhuc viuebat.

De Præceptis Decalogi, ex selectioribus scripserunt.

IOan. Azorius, de quo supra.

Gregorius Sayrus Monachus Cassinensis, de quo supra, tomos duos, inscriptos, Clauis Regia Sacerdotum. Venetiis 1609. & deinde ibidem variis temporibus.

Thomas Sanchez Soc. Iesu tomum vnum, qui prodiit Coloniæ 1614.

De Regularibus.

EMmanuel Rodericus Ord. S. Francisci, qui anno 1598. viuebat, tomos tres quæstionum Regularium & Canonicarum, in quibus quamplurimæ difficultates nouę & veteres in hac materia elucidantur. Turnonisumptibus Horat. Cardon 1609.

Ludouicus Miranda Ord. S. Franciſci

adhuc viuens, tomos duos in ſcriptos, Manuale Prælatorum Regularium. Romæ 1612.

De Reſtitutione.

PEtrus Nauarrus Toletanus tomũ vnum. Brixiæ 1606. quo tempore viuebat, deinde Lugduni, & alibi.

De Simonia.

BArtholomæus Vgolinus, de quo ſupra, tomum vnum. Venetiis 1599.

De Strigibus, & rebus Magicis item ex ſelectioribus ſcripſerunt.

BArtholomæus Spinæus Ord. Prædicatorum tomum vnum, cui adiunctus eſt tractatus de præeminentia ſacræ Theologiæ, & quadruplici apologia de Lamiis contra Ponzinibium. Romæ 1576. quo tempore viuebat.

Martinus Delrius Societatis Ieſu, qui obijt anno 1608. tomos tres diſquiſitionum Magicarum. Moguntiæ, Venetiis, & alibi, ſed emendatior eſt Lugdunenſis impreſſio anni 1612.

De Vſuris.

PEtrus Gregorius Tholoſanus, de quo ſupra, tomum vnum. Pariſiis 1597.

Petrus Binsfeldius, tomum vnum, per quæſtiones, & concluſiones. Auguſtæ Treuirorũ 1611 quo anno viuebat.

Ex ſelectioribus auctoribus in Euangelia Dominicalia, Quadrageſimalia, & feſtiua Sanctorum per annum, ſcripſerunt.

MAuritius Hylaretus Ord. Minorum. qui anno 1587. viuebat, tomos quinque: primum inſcriptum ſacræ Enneades Aduentuales. Pariſijs 1587.

Secundum, & tertium inſcriptos Sacræ Decades quinque partitæ: ſeu conciones. quadrageſimales, & Paſchales. Ibidem eodem anno.

Quartum homiliarum Dominicalium à Dominica prima Aduentus, vſque ad Dominicam primam poſt Paſcha. Pariſijs. 1604.

Quintum à Dominica ſecunda poſt Paſcha vſque ad Aduentum. Idibidem, eodem, anno.

Ludouicus Granatenſis Ord. Prædicatorum, qui obijt anno 1588. tomos ſex concionum: Primum à Dominica prima Aduent. vſque ad Dominicam in Quinquageſima.

Secundum per totam quadrageſimam.

Tertium à Paſcha te, vſque ad Dominicã primam poſt Pentecoſten.

Quartum à Dominica prima poſt Pentecoſten vſque ad aduentum.

Quintum de Sãctis à feſto S. Andreæ vſque ad feſtum S. Mariæ Magdalenæ.

Sextum à feſto S. Mariæ Magdalenę vſque ad feſtum S. Andreæ. Mediolani 1585. Romæ, Lugduni, & Antuerpiæ. Eorum cõpendium ediderunt Petrus Merſſeus Ordinis S. Franciſci Conuentualium. Lugduni 1592. & Ioan. Sueertius Carthuſien. Moguntiæ. 1612.

Philippus Diez Ord. Minorum, qui anno 1598. viuebat, tomos quatuor concionum quadruplicium: primum a Dominica Septuageſimę, vſque ad Dominicam Reſurrectionis.

Secundum de Sanctis per totum annum.

Tertium a Dominica prima Aduentus vſque ad Septuageſimam.

Quartum à Dominica in Albis vſque ad Aduentum. Venetiis 1586. Lugduni, & alibi.

Ioan. Oſorius Soc. Ieſu, qui obijt anno Domini 1594. tomos quinque concionum: Primum à Dominica prima Aduentus vſque ad Reſurrectionem.

Secundum à Dominica prima poſt Paſcha vſque ad Aduentum,

Tertium de Sanctis.

Quartum Sylua concionum.

Quintum à Dominica prima Aduentus vſque ad Reſurrectionem, cum omnibus ferijs quadrageſimæ. Venetijs, Lugduni, & alibi, & nouiſſimè Pariſijs anno 1607.

Eorum compendium elaborauit Iacobus Theodardus, & prodiit ex officina BircKmanica Coloniæ 1603.

Petrus Beſſæus, qui anno 1600. viuebat. to-

mos quatuor concionũ, ſiue conceptũ Theologic. Primum à Dominica prima Aduentus vſque ad Dominicam ſextam poſt Paſcha.

Secundum a Dominica prima poſt Pentecoſten, vſque ad Dominicam primam Aduentus. Coloniæ, 1611.

Tertium per totam quadrageſimam Ibid. 1611. Quartum de quatuor hominis nouiſſimis, quatuor Aduentus hebdomadibus accommodatis, Ibidem eodem anno.

Didacus de la Vega Ordinis ſancti Franciſci de Obſeruantia, qui adhuc viuit, tomos quinque concionum primum in Pſalmos ſeptem Pœnitentiales.

Secundum, concionum per totam Quadrageſimam, videlicet in Dominicis & feriis quarta, & ſexta.

Tertium, & quartum concionum in Dominicis per Annum.

quintum concionum de Sanctis, Hiſpanicè primum in Hiſpania, deinde Latinè Venetiis, & Colonias.

Item edidit tomos duos diſcurſuum prædicabilium in Euangelia omnium dierum quadrageſimæ Hiſpanicè, Barcinonæ 1612.

Abraham Bzouius Ordinis prædicatorum, qui adhuc viuit tomos tres inſcriptos Sacrũ Pancarpium Dominicale, primum à Dominica prima Aduentus, vſque ad Dominicam in Albis.

Secundum à Dominica in Albis vſque ad Aduentum.

Tertium pro Sanctorum feſtiuitatibus,

Prodierunt Venetijs 1611. & poſtea Coloniæ 1612.

In Euangelia Dominicalia totius anni ſcripſerunt.

THomas Stapletonus, qui obijt anno Domini 1598. tomos quatuor, primum & ſecundum Promptuarij moralis, quorum nouiſſima editio eſt Antuerpienſis anni 1613.

Tertium, & Quartum Catholici, contra Hæreticos, in quo enarrat etiam Euangelia feralia totius quadrageſimæ. Lugduni. Venetis, & alibi.

Franciſcus Coſterus Soc. Ieſu, qui adhuc viuit, tomos tres concionum, Latinos ex Belgico idiomate, primum à Dominica prima poſt feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis vſque ad Aduentum

Secundum à Dominica prima Aduẽtus vſque ad quadrageſimam.

Tertium ab initio Quadrageſimæ vſque ad Dominicã ſanctiſsimæ Trinitatis. Coloniæ, 1608. & nouiſſime 1613.

In Euangelia Dominicalia per Aduentum.

PEtrus Machadus Ord. B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, qui anno 1599. viuebat, tomum vnum inſcriptum, Annulus Chriſtianus, ſiue exegeſis moralis, & literalis in Euangelia per Aduentum Moguntiæ 1608.

In Euangelia Quadrageſimalia, & feſtiua de Sanctis ſcripſerunt Hiſpanicè.

HEtnandus de S. Iacobo Ord. Redemptionis Captiuorum, tomos duos vnũ de Dominicis, & ferijs Quadrageſimæ. Barcinone 1598.

Alterum de Sanctis per totum annum. Cæſarauguſtæ 1605. quo anno viuebat.

Petrus Valderrama Auguſtinianus, qui adhuc viuit, tomum vnum Exercitiorum ſpiritualium per totam Quadrageſimam, Hiſpanicè, Cæſarauguſtę 1606. & deinde Italicè per Aegidium Gogttardum Auguſtinianum. Venetijs 1609.

Item tomos tres de Sanctis Hiſpanicè. Barcinone 1607.

Item tomum vnum inſcriptum: Theatrum Religionum de Sanctis earundem Religionũ Patriarchis Hiſpanicè. Hiſpali 1612.

Item conciones tres in Septuageſimam, Sexageſimam, & quinquageſimam Hiſpanicè. Barcinone 1608.

Didacus Murillus Ord. ſancti Franciſci, qui adhuc viuit, tomum vnum diſcurſuum prædicabilium per totam Quadrageſimam, Hiſpanicè primum Barcinone 1611. deinde Italicè cum additionibus Thomæ Galletti. Venetijs. 1613.

In Euangelia festiua de Sanctis scripserunt ex select.

DIdacus de Ianguas Ord. præd. tomum vnum concionum de Cardinalibus, & præcipuis Iesu Christi, & Sanctorum operibus, quæ festis eorum diebus in Ecclesia, solemniter celebrantur, Matriti 1602. quoanno viuebat, deinde Parisiis, & alibi.

Illephonsus Gyron Ord. Prædicatorum, tomum vnum, inscriptum: Promptuarium concionum festiualium Domini nostri Iesu Christi, Beatissimæ Virginis, atque omnium Sanctorum, Moguntiæ 1605. quo anno viuebat.

Laurentius de zamora Ord. Cistercienſis, qui adhuc viuit, tomos tres Hispanicè, inscriptos, Septima pars Monarchiæ mystice. Barcinone 1611.

Laurentius BeierlincK, qui adhuc viuit tomos duos ex sacris Scripturis, Sanctis Patribus, & optimis quibusque Scriptoribus ad imitationem Pomptuarii Dominic. Thomæ Stapletoni, Colonię 1613.

Particulares Conciones scripserunt.

THomas à Villa noua, ex Ord. Eremitarum S. Augustini, Archiepiscopus Valẽtinus, qui obiit anno Domini 1554. tomum vnum variarũ concionũ. Brixię 1603. & alibi.

Philippus Boskierus Ord. Minorum, qui

adhuc viuit, tomum vnum, inſcriptum, Orbis terror, ſeu Conciones de finibus bonorum, & malorum Coloniæ 1610.

Item tomum alium inſcriptum, Monomachia Ieſu Chriſti, & Luciferi incruenta, ſiue conciones de tentatione Chriſti, in deſerto. Ibidem 611.

Item tomum alium, inſcriptum, Codrus Euangelicus, ſiue conciones de paſsione Domini Ibidem, & Duaci 1612.

Item tomum alium inſcriptum. Ara cęli, ſeu Conciones de honorario à Magis Ieſu infanti oblato Coloniæ 1611.

Item tomum alium, inſcriptum, Legatus Apoſtolicus, ſiue conciones de S. Ioan. Baptiſtę magni libertate aduerſus inceſtum, & reliqua peccata Herodis. Ibidem 1612.

Alia etiam huius Auctoris monumeta, quęcumque illa ſint, erunt concionatori, vtiliſſima: quare vt omnia habeat, moneo.

Ex ſelectioribus de locis communibus pro ſacris concionibus ſcripſerunt.

LVdouicus Granatenſis Ord. prædicatorũ de quo ſupra tomum vnum, inſcriptum Sylua locorum communium. Lugduni 1592. & alibi.

Philippus Diez, de quo item ſupra, tomos duos inſcriptos, Summa Prædicantium. Venetiis 1595. & demum vltimis curis, cum additionus Richardi Gibboni Soc. Ieſu, Antuerpiæ 1613.

Ioan. Topez ex Ordine Præd. Epiſcopus Monopolitanus, qui anno 1603. viuebat, tomos quatuor, quorum tres priores continent Epitomem Sanctorum Patrum ad ſacras cõciones, per locos communes. qui ad virtutũ & vitiorũ tractationẽ, & ad Fidei noſtræ myſteriorum expoſitionẽ pertinent: quartus vero conciones de Dominicis, ferijs quadrageſimæ, & feſtiuitatibus totius anni, Vltima editio auctior eſt Veneta Baretiana anni 1605.

Ioſephus Langius Cæſaremontanus, qui adhuc viuit, tomum vnum, inſcriptum Nouiſſima Polyantea, primum à Dominico Nano Mirabello, Bartholomæo Amantio, & Franciſco Tortio collecta, nunc vero ab ipſo Langio mirum in modum aucta. Francof. 1613.

Ioan. Buſæus Soc. Ieſu tomos tres, primum inſcriptum: Panarion, ſiue Arca medica contra animi morbos, Moguntiæ 1608.

Secundum inſcriptum. Viridarium Chriſtianarum virtutum. Ibidem 1610. quo anno viuebat.

Tertium poſthumum, de hominum ſtatibus. Ibidem 1613.

Franciſcus Labata Soc. Ieſu, qui adhuc viuit tomum vnum inſcriptum, Apparatus, concionum, ſeu loci communes ad conciones, ordine alphabetico digeſti, Lugduni 1614.

Ex

Ex ſelectioribus auctoribus libellorum, vt vocant, ſpiritualium, ſcripſerunt.

IOan. Climacus Abbas montis Synai, qui floruit circa annum Domini 346. tomum vnum, inſcriptum, Scala paradiſi, cui adiunctum eſt Pratum ſpirituale Ioan. Moſchi, ſeu Euirati, quod aliqui perperam Sophronio Sophiſtæ tribuunt. Coloniæ 1601.

S. Ephræm Syrus tomos tres, de quib. ſupra lib. 1. par. 1. cap. 16.

S. Auguſtinus tomum vnum Confeſſionū. Louantij 1573. Lugduni 1612. & alibi.

Item alterum Meditationum, Soliloquiorum, & Manualis, quē nouiſſimè edidit Petrus Rigaud, Lugduni, cum recognitione, Henrici Sommalij Societatis Ieſu, & additione aliorum libellorum ſpiritualium 1610.

Ioan. Caſſianus Eremita. qui obijt anno Domini 435. tomum vnum de Inſtitutis renuntiantium Collationum ſanctorum Patrū & de Verbi Incarnatione Romæ 1611.

Iſidorus Hiſpalenſis. de quo infra, tomum vnum ſententiarum de ſummo bono, & de contemptu mundi. Antuerpiæ 1566.

Innocentius Papa Tertius de quo infra, libellum de comtemptu mundi, ſiue de miſeria humanæ conditionis. Louanij 1563.

Albertus Magnus, de quo infra, libellū inſcriptum, Paradiſus animæ, de virtutibus, & de adhærendo Deo, cum annotationibus Henrici Sommalij. Antuerpiæ 1602.

Hericus Suso Ordinis Præd. qui anno 1340. viuebat, tomum vnum, inscriptum, Horologium sapientiæ, impressum simul cum alijs eiusdem opusculis Goloniæ 1604.

Ioannes Thaulerius, qui floruit circa annũ Domini 1350. varia opuscula pia, multis in locis impressa.

Thomas à Kempis Canonicus Regularis, qui floruit circa annum Domini 1410. siue incertus auctor. libellum de Imitatione Christi. Antuerpiæ 1599.

S. Vincentius Ferrerius Ord. Præd. qui obijt anno Domini 1418. tractatum de Vita spirituali breuem, sed plenum optima institutione. Coloniæ Lugduni, & alibi.

Laurentius Iustinianus Venetus, ex Can. Regul. primus Patriarcha Venetiarum, qui floruit circa annum Domini 1440. tomum vnum Opusculorum spiritualium. Lug. anno 1569. deinde Ven. auctiorem, sed qui multis Typograph. erroribus scateat 1610.

Dionysius Cartus. qui floruit circa annũ Domini 1450. tomum vnum de quatuor hominis nouissimis, cum methodo ad eos adiuuãdos, qui moriuntur, Ioan. Polanci Societatis Iesu. Lugduni 1591.

Hieronymus Cacciaguera, qui viuebat circa annum Domini 1566. tractatum de tribulatione. Venetiis 1566. & de frequenti communione, ibidem eodem anno, & Coloniæ cum tractatu Ludouici Granatensis, de eadẽ materia Latinè. 1604.

Iacobus Billius S. Michaelis in Eremo Cœnebiarcha, tomum vnum, inscriptum Antho-

logia ſacra, ex probatiſſimis vtriuſque linguæ Patribus collecta. Pariſiis 1575. quo tempore viuebat, & 1610.

Alphonſus de Matrito Franciſcanus, Artē ſeruiendi deo, quam ex Hiſpanico in Italicū ſermonem vertit Tullius Criſpoldus. Prodiit Venetijs 1575. quo anno viuebat.

Franciſcus Gorracæus Ord. Prædicatorum, tomum vnum Inſtitutionum vitæ ſpiritualis. Lugduni 1586. quo anno viuebat.

Ludouicus Granatenſis Ord. Prædicatorū, de quo ſupra, tomos ſeptem ex Hiſpanico in Latinum ſermonem verſos per Michaelē ab Iſſelt, duos Memorialis Chriſtianę vitæ, cum duobus adiunctis, & appendicibus Coloniæ 1598. Vnum inſcriptum Dux peccatorum. ibidem 1608. Vnum de Oratione, & Meditatione. In ſeptem meditationes, matutinas, & veſpertinas diſtributum Ibidem 1598. Vnum de Deuotione, Oratione Ieiunio, Eleemoſyna, Meditatione. & Euchariſtia. Ibidem 1600. Vnum de frequenti Communione, cum Hierony. Cacciaguerræ tractatu de eadem materia Ibid. 1604. & alium de doctriua ſpirituali, cū libello S. Vincentii Ord. Præd. Item de eadem materia ab Antonio Dulken verſum, Ibid. 1608.

Ioan. Carthenius Carmelita, Ludouicus Granatenſis, & Dominicus Ægidius Topiarius, libellum de quatuor hominis nouiſsimis. Antuerpiæ 1588.

Didacus Stella Ordinis Sancti Franciſci, qui anno 1590. viuebat, tomos quatuor,

Hiſpanicè, Contemptus vanitatum mundi: Italicè, per petrum Bonfantium. Venetijs, 1598. & per Ioan. Baptiſtam Peruſcum Soc. Ieſu Ibidem 1604.

Guilielmus Baldeſanus, qui anno 1591. viuebat, tomum vnum, inſcriptum, Stimulus virtutum, à quodam Societatis Ieſu in Latinum verſum. Coloniæ 1594.

Andræas Capella Cartuſianus, qui anno 1602. viuebat, tomos quatuor Meditationum in Euangelia Dominicalia, & Sanctorum totius anni, quibus additum eſt eiuſdē Manuale Exercitiorum Spiritualium ex Hiſpanico idiomate, Italicè primum Venetijs. 1605. impreſſum, & deinde Latinè, Coloniæ 1607.

Franciſcus Arias Soc. Ieſu, qui obijt anno 1605. tomum vnum de Profectu ſpirituali, in quo de vera diffidentia ſui ipſius, & de Mortificatione ſui, Hiſpanicè primum editum, deinde etiam Italicè, & nouiſſimè Latinè per Ioan. Buſæum eiuſdem Soc. Coloniæ 1603. Item tomos duos de Imitatione Chriſti Hiſpanicé, & Italicé.

Ioan. Buſæus, de quo ſupra, tomum vnum inſcriptum, Enchiridion piarum meditationum in omnes Dominicas, Sanctorum feſta Chriſti paſſionem, &c. Moguntiæ 1606. & Antuerpiæ 1614.

Alphonſus Rodriguez Soc. Ieſu, qui adhuc viuit, tomos tres Exercitiorum perfectionis, ac virtutum Chriſtianarum, Hiſpanicè, Barcinone 1613.

Iacobus Aluarez de Paz Soc. Ieſu, qui adhuc viuit, tomos tres de Vita ſpirituali, eiuſque perfectione, in quorum primo agit de perfectione ſiue de fine vitæ Religioſę. Lugduni 1611 In ſecundo de exterminatione mali, & promotione boni, Ibidem, & Coloniæ 1613. In tertio de inquiſitione, & ſequela pacis, qui adhuc deſideratur.

Antonius de Molina Cartuſienſis monachus, qui adhuc viuit, tomum vnum Inſtructionum Sacerdotum, in quo doctrinã præbet ſalutarem ad cognoſcendam dignitatem officij Sacerdotalis, ex doctrina Sanctorum Patrum, & Doctorum Eccleſiæ. Hiſpanicè primum Barcinone 1610. deinde cum varijs additionibus Italicè. Romæ 1614.

Ludouicus de Ponte Valliſoletanus Soc. Ieſu, qui adhuc viuit, tomos octo Meditationum: Primum de peccatis, & quatuor nouiſſimis, Secundũ de Incarnatione, & infantia Chriſti Tertium de myſterijs vitæ Chriſti vſque ad paſsionem, quartũ de Paſsione Chriſti 5. de Chriſti Reſurrectione, Aſ, &c. Sextũ de Deo, & diuinis attributis, Septimum, & octauũ inſcriptos, Dux ſpiritualis, de Oratione, & meditatione contẽplatione, de Viſitationibus diuinis, gratijsque extraordin. & de Mortificatione, omnes impreſſos Latinè ex Hiſpanico idiomate. Coloniæ 1611. 1612. & 1613. à Michaele Treuinnio eiuſdem Societ.

Cęſar Franciottus Congregationis S. Mariæ Cortelandinæ de Luca, qui adhuc viuit, tomos quatuor practicarum Meditationum

ante, & post Communionem, super Euangelia totius anni. Venet. 1606.

Augustinus Mannus Congregationis Oratorii de quo supra, tomos duos Exercitiorũ spiritualium. Romæ. 1612.

De Christi Vita, & mysterijs scripserunt ex selecti.

PRæter eos qui scripsetunt in quator Euãgelia, supra notatos.

Card. Baronius, de quo supra, Annalium tomo primo.

Christophorus Fonseca Ord. sancti Augustini tomos tres, Primum de Christi vita, Secundum de eiusdem miraculis, Tertium de eiusdem parabolis Hispanicè, Madriti 1605. quo anno viuebat.

Ioan. Carthagena Ord. Minorum tomum vnum homiliarũ de Christi vita, seu de Christianæ & Religionis arcanis. Romæ 1609. & deinde Venetiis, Romę, & alibi. Vltima editio erit auctior, & commodior.

De Christi passione scripserunt.

IOan. Thaulerius, de quo supra, tomum vnum Opusculorum, & Exercitiorum de Vita & passione Christi, quæ licet vt suspectũ circa fidem contempserit Ioan. EcKius, egregie tamen eum defendit Ludouicus Blosius. Prodiit Lugduni, & alibi.

Ioan. de Bono Veronensis tomum vnum discursuum de passione Domini Italicé. Nec

non 1562. quo anno viuebat.

Tullius Criſpoldus Reatinus libellum de Chriſti paſsione. Venetiis 1574. quo tempore viuebat Edidit etiam venetiis apud Steph. de Sabiis 1539. & perpulchrũ tractatũ Italicè in quo efficaciſsimas affert rationes, quibus remittendas eſſe iniurias ſuadet.

Vincentius Brunus Societate Ieſu, qui obijt anno 1596. tomos quatuor Meditationum de præcipuis Vitæ Chriſti myſterijs è SS. Patribus, & alijs auctoribus excerptarum. Venetijs 1588.

Franciſcus Coſterus Soc. Ieſu, de quo ſupra tomum vnum quinquaginta meditat. de Paſsione Domini. Antuerpiæ 1600.

Ioan. Thiepolus Primicerius S. Marci Venetiarum, qui adhuc viuit, tomum vnum, Conſiderationum de Paſsione Domini Italicè. Venetiis 1610.

Domitius Plattus Soc. Ieſu, qui adhuc viuit tractatum paſsionis Saluatoris in ſeptem Cõſiderationes, & varios diſcurſus diuiſum Italicè. Romæ 1607.

De Beatiſsimæ Virg. Deiparæ vita, myſterijs, & laudibus, ſcripſerunt.

CArd. Baronius, de quo ſupra, Annalium tomo primo.

Martinus Delrius Soc. Ieſu, qui obijt de anno 1608. tomum vnum inſcriptũ, *Opus Marianũ*, & in quatuor partes diuiſum, videlicet, in Speculum Marianum, in Speculum patientiæ, & charitatis Ieſu, & Mariæ, in Polemycas

Marianas, & in Florida mariana. Lugduni 1607.

Ioan. Bonifacius, qui adhuc viuit, Soc. Ieſu, hiſtoriam Virginalem, ſeu de Vita, & miraculis Beatiſsimæ Virginis, Pariſiis 1605.

Franciſcus Coſterus Soc. Ieſu, ſupra indicatus, tomum vnum de Laudibus Deiparę, Virginis, per meditationes quinquaginta, Coloniæ 1610.

Abraham Bzouius, de quo ſupra, tomos tres: Primum inſcriptum: Theſaurus laudum ſanctiſsimæ Deiparæ ſuper Canticum. Salue Regina Venetijs 1598.

Secundum inſcriptum, Florida Mariana. Ibidem 1612.

Tertium, Monile Gemmeum. Ibid. 1614.

Ioan. Carthagena tomos duos de ſacris Arcanis Deiparæ Mariæ, & S. Ioſephi Ro. 1611. & 1614. & deinde Venetijs, & alibi. Vltima eorum editio erit commodior, auctiorque.

Laurentius Maſellius Societatis Ieſu, qui adhuc viuit, tomum vnum. Vitæ Beatiſsimæ Virginis, & ipſius fœliciſsimi ſponſi ſancti Ioſephi, Italicè. Neapoli 1606.

Chriſtophorus de Caſtro Soc. Ieſu, qui adhuc viuit, tomum vnum inſcriptum, Hiſtoria Deiparę Virginis Mariæ ad veritatem collecta, & teſtimonijs Patrum comprobata. Moguntiæ 1610.

Petrus Antonius Spinellus é Soc. Ieſu, qui adhuc viuit, tomum vnum inſcriptum. Maria Deipara Thronus Dei, ſiue de eius laudibus. Neapoli 1613.

y el Teatino q̃ esto escribió, como se deja en el tintero, S. Bo. S. Anselmo, S. Bernardo ij Ruperto, q̃ son los q̃ mas dudan

De Angelorum cuſtodia, & miniſterio.

ANdręas Victorellus, qui adhuc viuit plures tractatus Latinos, & Italicos, doctos æquè ac pios. Patauij, Venetiis, & alibi impreſſos.

Franciſcus Albertinus Societatis Ieſu, qui adhuc viuit, libellum vnum in Latinum verſum, & impreſſum Coloniæ 1613.

De auxiliis Diuinæ gratiæ.

PRæter eos, qui ſcripſerunt in Summam S. Thomæ, ſupra notatos, ſcripſerunt ex Neotericis ſelectioribus, qui adhuc in humanis degunt.

Franciſcus Suarez Soc. Ieſu, de quo ſupra, tomum vnum inſcriptum: Opuſcula Theologica. Moguntiæ 1600. & 1612.

Didacus Aluarez de quo ſupra, tomum vnum. Romæ 1610. & Lugduni 1612.

Franciſcus Zumel Ordinis B. Mariæ de Mercede, tomos tres variarum diſputationum. Lugduni 1609.

Franciſcus Diotalleuius Epiſcopus S. Angeli, tomum vnum inſcriptum: De Concurſu Dei ad actus liberos voluntatis creatæ, ac de ſcientia &c. Lugduni 1611.

Gaſpar Ram, tomum vnum, inſcriptum: Tractatus de diuinis præmotionibus, ſeu efficacia diuinæ cauſalitatis. Oſcæ 1611.

Plures auctores, qui de ſingularibus his materiis ſcripſerunt, in noſtro Indice Vniuerſali

indicauimus, quem consulere poterit, qui pleniorem de illis notitiam habere desiderat. Sacro enim Concionatori, cui ab hac materia, soli Deo plenè perspecta, quoad fieri potest, vt infra docebimus, in sacris Concionibus abstinendum est, hos sufficere ad satietatem arbitror.

Ex Patribus nonnulli Sacro Concionatori magis congruentes.

Capitis IV. Pars Tertia.

SVnt sanè ex Patribus Sacro Concionatori magis congruentibus sine dubio ex selectioribus præcipui, quos supra numeraui, & mihi selectissimi illi, quos Sixti Senensis versibus ibidem explicui. Vt tamen veterum Patrum lectioni addictus Concionator scire valeat, quibus maximè suis votis satisfaciat, placuit hoc loco alios superaddere, nec non libros recensere, qui illis licet tribuantur, spurij tamen cẽsentur, & suppositicij, nihil dicendo de dubiis, cum valde displiceat, vbi opus non sit, & necessitas cogat, de similibus dubitare. De eorundem tamen libris in sacram Scripturam, infra libro 3. propriis locis dicemus. Itaque preter superius adnotatos, sunt ex selectioribus.

Clemens Romanus, qui floruit circa annum Domini 92. & anno tertio Traiani martyrio est coronatus, inter cuius opera sunt Epistolæ quinque ad Simonem, fortè fratrem Iacobi, non ad ipsum Iacobum, scriptæ, in qua-

rum quinquaginta multa irrepſerunt, quæ in codice Vaticano non habentur: vnde conſtat ab hæretico aliquo corruptas fuiſſe, vt etiam fuerunt libri Recognitionum Conſtitutionum, & Canones Apoſtolorum, præter quinquaginta priores, quos ſolum legitimos eſſe, vt probat Card. Bellarminus, cenſemus. Eiuſdem Operum editio recentior, & auctior eſt Pariſina anni 1587.

S. Dionyſius Areopagita, qui Sanctis Ignatio, & Polycarpo æqualis, ad tempora vſque Adriani peruenit. Probant huius opera S. Gregorius Papa, cuius temporibus reperta fuiſſe creduntur, hom. 34. in Euang. S. Martinus Papa, & Martyr in Concilio Romano, S. Agatho Pontifex in Epiſt. ad Imp. Conſtantinum IV. Nicolaus I. in epiſt. ad Michaelem Imperatorem, Concilium Sextum generale act. 4. & Septimum act. 2. S. Maximus, S. Thomas, & omnes ferè Catholici. Habentur eius operum plures editiones, ſed nouiſſima eſt Pariſienſis anni 1585.

S. Iuſtinus Martyr, qui floruit temporibus Antonini Pij circa annum Domini 150. In cuius operibus liber interrogationum, ſiue quæſtionum gentibus poſitarum, & gentium ad eas reſponſionum earumque refutationum (quod in eo ſæpè fiat mentio Manichæorum) & liber interrogationum, ſiue quæſtionum Chriſtianis poſitarum, & reſpõſionum ad eas (quod in illis citetur Origenes, & Irenæus omnes Iuſtino poſteriores) incertum auctorem habent. Operum autem eius nouiſſima

editio est Francofurtensis, anni 1602.

Tertullianus, qui vixit circa annum Domini 203. Is in Montani hæresim prolapsus, multa contra Ecclesiam scripsit: Idcirco cautè eius libri legendi, non illi tantum, quos scriptos contra Ecclesiam monuit Hieronymus in lib. de script. Ecclesiasticis, librum scilicet de fuga in persecutione, de exhortatione castitatis, de monogamia, de pudicitia, de ieiunio aduersus Psychicos, sed etiam libri aduersus Praxeam, de anima, aduersus Hermogenem, de Carne Christi, de pœnitentia, in quibus propositiones non paucæ, vel erroneæ, vel certè suspectæ reperiuntur. Liber de Trinitate non est Tertulliani, licet de Trinitate illum scripsisse innuat Hieronymus: nam vt obseruat Card. Bellarminus speciatim in eo hæresim Sabellij nominat, quam post Tertulliani tempora cæpisse non est, qui dubitet. Operum eius editio nouissima, cum Pamelij animaduersionibus est Parisiensis, anno 1608.

Origenes, de quo supra lib. 1. par. 1. cap. 16. Eius homiliarum, & tractatuum scripturalium censura, suis locis infra libro 3. habetur.

S. Gregorius Episcopus Neocæsariensis, qui à magnitudine miraculorum dictus est Thaumaturgus, claruit tempore Alexandrini Seueri circa annum Domini 233. Expositionem Fidei, quam inter eiusdem opera retulit Vossius, & duodecim sequentia capitula, cum anathematismis, non improbabiliter Car-

dinalis Bellarminus alium auctorem Gregorio posteriorem habuisse ostendit. Operum editio posterior est, quam Coloniæ edidit indicatus Vosius 1610.

S. Cyprianus, qui eloquentia, & sanctitate insignis, floruit circa annum Domini 250. & martyrio est coronatus sub Valeriano, & Gallieno, multa scripsit, sed multa etiam sub eius nomine circumferuntur, quæ alium habent auctorem, vt sunt, tractatus de monte Sina, & Sion, quem stylo Cypriani carere, non est, qui non videat: Tractatus de reuelatione capitis S. Io. Baptistæ, in quo fit mentio Sanctorum Anastasii, & Cyrilli, qui Cypriano posteriores fuere: Expositio Symboli, quæ à Gennadio de viris illustribus Ruffino tribuitur, & inter opera Hieronymi Ruffino adscribitur: liber de duplici martyrio, in quo auctor de Diocletiano, & Maximiano Imp. meminit, & Belli Cæsarei contra Turcas: libellus de cœnæ dispositione, qui nec sententias, nec verba homine docto dignas habet: liber de duodecim abusibus, qui scripturas citat ex versione Hieronymi: liber de Incredulitate Iudaica, quem, vt ex vltimis libri verbis patet, ex Græco Celsus latinè reddidit, & de quo meminit Origenes lib. 4. contra Celsum: Libri etiam de singularitate Clericorum, de operibus Cardinalibus, de aleatoribus, de Iudæis, qui insecuti sunt Christum, Sancti Cypriani esse minimè censentur ob styli maximam varietatem. Eius operum emendatior editio, & copiosior est Parisiensis, cum notis Pamelij, anni 1607.

Arnobius, qui floruit circa annum Domini 285. Is, vt probaret ſe verè factũ eſſe ex pagano Chriſtianum, ſcripſit libros 7. contra gentes: nam octauus, qui illis eſt adiunctus, auctorem habet Fœlicem Minucium. Qui omnes nouiſſimè Hamburgi ſunt editi cum notis Gebharti Elmenhorſtij anno 1610.

Lactantius Firmianus, qui Arnobij auditor fuit, floruit circa annum Domini 290. Eius operum editio nouiſſima eſt Lugdunenſis Torneſij 1587.

S. Athanaſius, qui floruit circa annum Domini 340. Ambigitur, nec ſine ratione, de expoſitione fidei, quæ tomo primo operum ipſius habetur, & de epiſtola Liberij Papæ ad Athanaſium, & de reſponſione Athanaſij ad Liberium. Vide Card. Bellarminum de ſcript. Eccleſiaſticis. Sermonem de Sanctiſſima Deipara idem Cardinalis, Cardinali Baronio adhærens, non eſſe Athanaſij demonſtrat: ſicut etiam, quæ tomo quarto habentur, quæſtiones ad Antiochum, librum de definitionibus Theologicis, diſputationem cum Ario Laodiceæ habitam, librum de paſſione imaginis Domini, quem alterius Athanaſij eſſe probat: Epiſtolas Athanaſij ad Marcum Papam, & libros 7. de vnica Deitate Trinitatis. Operum eius auctior editio eſt, quam tres in tomos diſtributam cum notis Pamelij cudit Pariſiis Michael Sonniuus ann. 1608.

S. Hilarius Pictauienſis Epiſcopus, qui clauit circa annum Domini 350. de quo ſupra lib. 1. par. 1. cap. 16. Inter eius opera circumferun-

tur epiſtolæ ad Auguſtinum, quæ ſine dubio non ſunt Hilarij, quia in illis de Pelagianis illo multo poſterioribus agitur.

Euſebius Emiſenus, qui vt noſter oſtendit Card. Baronius tomo quinto anno Chriſti 341. Hæreticis Arianis fauit: vnde perperam ab aliquibus Sancti titulo inſignitur, teſte S. Hieronymo de ſcript. Eccleſiaſticis. Vixit tẽpore Conſtantii Imperat. filii Conſtantini Magni. Homiliæ, quæ, ſub eius nomine circumferuntur incertum habent auctorem, vt manifeſtiſſimè oſtendunt indicatus Card. Baronius anno Chriſti 441. & Card. Bellarminus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, licet Eucherium Lugdunenſem Epiſcopum vnus, alter vero Fauſtinum Epiſcopum Regienſem auctorem habuiſſe non improbabile cenſeant.

Baron. to. 5.

S. Hier. de Script. Eccl.

Baronius.

Bellarm.

S. Ephrem Syrus, qui floruit circa annum Domini 365. Eius opera, certè piiſſima, typis prodiere ex verſione Gerardi Voſſii, cum eiuſdem notis Romæ, partim 1589. & partim 1593. & deinde omnia ſimul Coloniæ 1612.

S Baſilius, de quo ſupra lib. 1. par. 1. cap. 16. In eius operum tertio tomo ſunt, ſicut Card. Bellarm. admonet, Queſtiones compendio explicatæ, quas Nicephorus lib. 9. ca. 16. & lib. 13. cap. 29. & Sozomenus lib. 3. cap. 13. dicunt à multis tribui Euſthatio Sebaſteno Aſcetica Baſilii. Sanè in eorum prima, & 95. auctor traditiones damnare videtur, quas Baſilius in lib. de Spiritu Sancto, cap. 27. acriter defendit, & queſt. 4. & 293. videtur tollere de

medio discrimen peccati mortalis, & venialis, quod certè S. Basilio tribui non potest. Operum omnium auctior editio est Parisiensis 1613.

S. Gregorius Sasimorum primum Episcopus, deinde Nazianzenæ Ecclesiæ, (vt noster probat Baronius) non Episcopus, sed administrator. Demum Constantinopolitanæ Ecclesiæ Archiepiscopus, cognomento Theologus, S. Basilij æqualis, & studiorum socius, qui floruit circa annum Domini 370. Eius opera edidit Sonnius Parisiis, cum notis Pamelij, anno 1612. De eo supra.

Baronius in Annalibus. Supra lib. 1. p. 1. c. 16.

S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis, qui floruit circa annum Domini 374. Gratiano, & Theodosio Imp. Is multa eruditione, & sanctitate plena scripsit. Habentur tamen inter eius opera, quæ aucta nouissimè prodierunt Parisiis 1612. libri de Vocatione gentium, qui, vt Carp. Bellarminus docet, manifestè sunt S. Prosperi: certè S. Ambrosij non esse ex eo constat, quod lib. 1. cap. 7. & lib. 2. cap. 8. disputat auctor aduersus Pelagianos, qui post mortem S. Ambrosij exorti sunt, sicuti nec Epistola 84. ad Demetriadem, in qua de ijsdem fit mentio. Sermones 9. 37. & 72. habentur etiam inter sermones S. Augustini, sermones 69. 73. inter sermones S. Maximi, vt etiam sermones 3. 14. 30. 31. 44. 47. 50. 51. 52. 53. 54. 56. 57. 58. 60. 61. 62. 66. 71. 77. 78. & 80. sermo 90. est dubius, quod dicat eius auctor B. Agneti guttur gladio fuisse perfossum, cum S. Ambrosius lib. 1. de Virg. significet eidē ceruicem gladio

fuisse

fuiſſe amputatam. Reijcit Cardinalis Bellarm. ſermonem etiam 92. vt potè longiſſimè diſtantem à ſtylo Ambroſij, & Apologiam poſteriorem Dauid, & librum poſteriorem de interpellatione Dauid.

S. Gregorius Nyſſenus Baſilij Magni frater, qui floruit circa annum Domini 380. Eius opera prodierunt vltimis curis cum notis Frontonis Ducæi Soc. Ieſu Pariſiis 1605. Libros duodecim eiuſdem contra Eunomium, ex Bauarica Bibliotheca deprompſit Iacobus Gretſerus, eoſque latinitate donauit. Lib. 8. de Philoſophia Chriſtiana Gregorij non eſſe cenſet Card. Bellarminus, cum aliquos contineat errores, qui ſapiunt Pelagianiſmum.

S. Hieronymus de quo ſupra. Habentur in eius operum tomo 9. multa Euſebij Cęſarienſis, Ruffini, Auguſtini, Gennadij, & aliorum, de quibus nulla eſt dubitatio. Plurimi etiam libri, vel epiſtolæ, quas, vt notat Card. Bellarm. manifeſtè compertum eſt ad Hieronymum non pertinere, vt ſunt Epiſtola ad Demetriadem Virginem, quæ incipit Summo ingenio: nam Pelagiana eſt, & ab Auguſtino ipſi Pelagio tributa, & confutata lib. de gratia Chriſti cap. 21. 27. 37. 38. & 40. Epiſtola ad Gerantii filios, ad amicum de cognitione diuinæ legis: de filio Luxurioſo, & frugi, & ipſæ Pelagianæ. Epiſtola de ſcriptoribus Eccleſiaſticis ad Deſiderium, quod inter lumina Eccleſiæ Origenem, Iouinianum, & Pelagium hæreticos ponat, & Hilarium Pontificem nu-

Sup. lib. 1. p. 1. c. 16.

meret qui S. Leoni ſucceſſit, & diu poſt mortem Hieronymi claruit. Symbolum ad Damaſum, cuius eſt initium *credimus in Deum patrem*, quod Pelagij eſſe oſtendit S. Auguſtinus in lib. de gratia Chriſti cap. 30. 31. 32. & 33. in quibus verbâ eadem, quæ in eo habentur refert. Epiſtola S. Auguſtini ad Cyrillum, de qua infra, vbi de operibus Auguſtini, & alia, quæ in eodem tomo habentur, auctorem incertum habent, nec omnino à Hieronymi ſtylo abhorrere videntur.

De eo ſupra loco indicato

S. Io. Chryſoſtomus, de quo ſupra lib. 1. par. 1. cap. 16. Habentur in eius operum tomo 1. ex homiliis in diuerſa loca veteris teſtamenti, homilia in cap. 2. Geneſ. quæ incipit *Deus inſtitutor mundi*, quę non videtur eſſe poſſe Chryſoſtomi, cum inſertum habeat 31. & 32. caput ex libro latino de Eccleſiaſticis dogmatibus, & tomo 5 habentur homiliæ ad Populum Antiochenum, quarum, præter 21. priorum; reliquarum dubius eſt auctor, & certè ex ipſarum contextu aperté colligitur, per multas earum, eſſe fragmenta homiliarum eiuſdem Chryſoſtomi in Matthæum, vel in Io. vel in acta Apoſtolorum, vel in epiſtolas Pauli, ab incerto aliquo auctore in vnum confarcinata.

Sup. lib. 1. p. 1. c. 16.

S. Auguſtinus, de quo etiam ſupra lib. 1. par. 1. cap. 16. Habentur, vt docet Card. Bellarm. in eius operum tomo 1. Regulæ Monaſticæ tres, quarum tertia ſola eſt Auguſtini, ſed fœminis data, & liber vnus de Vita Eremitica ad ſororem, qui nec Auguſtini eſſe poteſt, cum in eo nominentur SS. Patres Benedictus, & Gre-

gor. illo longè posteriores.

Tomo Secundo habentur epistolæ sexdecim Augustini ad Bonifacium, & Bonifacij ad Augustinum, quæ interseruntur inter epistolam ad Honoratum, de fuga in persecutione, & epistolam ad Ediciam de voto continentiæ, de quarum auctore dubitatur: Epistolę. Item Augustini ad Cyrillum, & Cyrilli ad Augustinum, de obitu, & miraculis S. Hieronymi, quæ nullo modo Augustini esse possunt: cum Cyrillus Augustino fuerit etiã posterior, & multa retineant, quę manifestissimè doctrinæ Catholicæ, & Hieronymi repugnent.

Tertio tomo habentur, liber de mirabilib. sacrę Scripturæ, quem indignum ingenio, & grauitate Augustini censuit ipse S. Thomas 3. p. q. 45. art. 3. ad secundum. *S. Thom.* Liber de Ecclesiasticis dogmatibus: Liber de spiritu, & anima, qui nec Augustini esse potest, cum Boetium, Augustino posteriorem citet. Lib. de fide ad Petrum, quem multi S. Fulgentio tribuunt. Quæstiunculæ de Trinitate, & Lib. de benedictionibus Patriarcharum, & sententiæ. quæ ex libris S. Augustini collectæ quidem sunt, sed incertum auctorem habent.

Quarto tomo habentur Lib. sententiarum 21. & Lib. quæstionum 65. qui cum nihil graue, & Augustino dignum contineant, Augustini haud esse creduntur: Lib. sententiarum Vet. & noui Testamenti, quem Card. Bellarminus, non Augustini, sed alicuius esse Hæretici ostẽdit: Lib. de vera, & falsa pœnitẽtia, qui sententiã quandã S. Aug. affert. & impugnat.

Sexto tomo habetur Liber de hęresibus, Auguſtini quidem, ſed cui poſt eiuſdem Auguſt. obitum additæ ſunt duæ poſtremæ hæreſes Neſtorij & Eutichetis, incertum à quo.

Septimo tomo habentur liber de prædeſtinatione, & gratia, & liber de prædeſtinatione Dei, qui cum diſcrepent à doctrina, & phraſi Auguſtini, alterius eſſe cenſentur. Reſponſio ad articulos ſibi falſo impoſitos, habetur in oper. S. Proſperi, eiuſque opus cenſetur.

Nono tomo habentur liber de Speculo, qui manifeſtè eſt ſuppoſititius, nam cap. 3. citat verſus Boëtij: Liber de conflictu virtutum, & vitiorum qui non cenſetur Auguſtini, cum Benedicti Regulam in extremo libro citet, ſed nec S. Leonis ſtylum habet cui aliqui illum tribuunt: Liber explicationis Apocalypſis, in quo caput 21. exponitur de ſtatu præſentis Eccleſiæ, quod impudentiæ nimiæ eſſe dicit S. Auguſtinus lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 17. Liber de Antichriſto, non eſt Auguſtini, cum in eo fiat mentio de Imperio tranſlato à Græcis ad Francos, quod 400. annis poſt Auguſtini tempora contigiſſe indicatus Cardin. Bellarminus docet.

Decimo tomo habentur ſermones multi, quorum maximam partem credibile eſt eſſe Auguſtini, ſicuti etiam omnes à Louanienſibus additos, de ſermonibus tamen ad fratres in Eremo multi non ſine ratione dubitant, & alterius eſſe auctoris cenſent, cum multa fabuloſa contineant, & ea de Auguſtino recen-

ſeant, quę falſa eſſe omnino idem Bellarminus demonſtrat. De multis alij S Auguſtini libris dubitauit Eraſmus, verum quia ſine fundamento, & ratione, nihil de ipſius cenſura curandum.

S. Petrus Chryſologus, qui floruit circa annum Domini 440. Eius homiliæ prodierunt hoc anno Pariſiis, cum operibus.

S. Leonis Papæ, qui floruit circa annum Domini 440. & homiliis.

S. Maximi Epiſcopi Taurinenſis, qui floruit circa annum Domini 420. ſanè dignis, vt à quocunque ſacro Concionatore diligentiſſimè peruoluantur.

S. Beda Venerabilis, de quo ſupra lib. 1. par. 1. cap. 16. Habentur in eius operum tomo tertio vita S. Patricij, quam à Probo fuiſſe ſcriptam in extremo libro legitur. Vitam S. Columbani, vt ait Card. Bellarminus, ſcripſit Ionas: Vitam S. Arnulphi Paulus Diaconus: Collectanea, & flores nihil Bedæ ingenio dignum continent, ſicut nec Collectanea de luminaribus Eccleſię, de quatuor generibus ligni in Cruce Domini, vel oratiuncula, in qua inuocantur tres Iacobi, & altera in qua inuocatur Angelus Vriel, & Rumiel. *Supra.*

S. Ioan. Damaſcenus eodem tempore in Oriente floruit circa annum Domini 471. quo Beda, ſtrenuus fuit ſacrarum Imaginum contra Leonem Iſauricum Imp. hęreticum defenſor, & orthodoxæ fidei propugnator. Multa præclarè ſcripſit, inter quæ in primis celebrantur quatuor de fide orthodoxa libri, in

quibus ipſe primus vniuerſam Theologiam tam recto ordine comprehendit, vt eum deinde Magiſter ſententiarum, & doctores, qui ſcholaſtici dicuntur in ſuis ſcriptis ſint imitati. Inter eius opera, quæ vltimis curis recognita Pariſiis prodierunt, habetur Hiſtoria Barlaam, & Ioſaphat, quos verè Sanctos fuiſſe docet Martyrolog. Romanum.

Margarinus de la Bigne edidit Pariſiis apud Michaelem Sonnium 1575. varia veterum Patrum monumenta, quæ in vnum corpus collecta Bibliotheca Sanctorum Patrum inſcripſit. Verum quia in illa multa habebantur minimè probata, aut probabilia Eccleſiæ iudicio: iuxta cenſuram ſacræ Inquiſitionis, mutato nomine expurgata, variiſque aucta cenſuris, & obſeruationibus: quin etiam duobus integris voluminibus, iterum, ſub nomine Bibliothecæ Veterum Patrum, & auctorum Eccleſiaſticorum &c. recuſa prodierunt. Ibidem 1610.

Hos itaque habui Patres, quos ex ſelectioribus peruoluendos ad ſacras Conciones, & fidei Chriſtianæ rudimenta aptiſſimos exiſtimaui, quod ſi etiam plures habere ſacer Concionator voluerit, conſulat Illuſtriſſimi Cardinalis Bellarmini librum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis ſanè eruditiſſimum, cuius & nos annorum ſupputationes, & cenſuras plerumque ſecuti ſumus.

De Bibliorum Concordantiis, Lexicis Dictionariis, & emendorum librorum perpetuis regulis,

Capitis IV. Pars Quarta.

IN libro primo ſupra, ſatis ſuperque monuimus, non modo Patres, ſed etiam ſelectiores ex Neotericis, qui in ſacra Biblia vniuerſim, & ſingillatim ſcripſerunt. Et c.14.par. 1.eos indicauimus, qui eius phraſes, & locutiones figuratas explicarunt. Quare de Concordantiis Bibliorum ſupereſt admonendum, illas editas primum fuiſſe ab Hugone de S. Theodorico Burgundio ex Ord. Præd. S.R.E. Cardinali, ſucceſſu deinde temporis à multis auctas, & locupletatas, & præcipuè ab Hẽrico Stephano damnatæ memoriæ typographo, qui eas in eum ordinem redegit, quem modo habere conſpiciuntur, earumque Pariſinam editionem anni 1555. in correctione omnibus eſſe præferendam: quia licet auctæ vocibus poſtea, minus tamen ſemper correctæ prodierunt. Huius libri vſum ſi prudens ſit, maximo labore concionatorem leuare, non eſt, qui dubitet: ſi prudens, inquam, ſit, nam, quod non pauci faciunt, ſi ex illo velit concionator, non tantũ paucitatem locorum, quib. proprijſſimè intẽtum probet, quantum multitudinem in quib. memoriã oſtentet elicere. Sanè illi, & auditoribus pernicioſiſſimus erit. Fructuoſius autem fuerit, ſi verbi gratia, cum loquendum ſit de patientia non modo

Sup. lib. 1. p. 1. c. vltimo, & tota ſecunda parte.

ſub vocibus Patientia Patiens, & Pati illum euoluet, ſed etiam in vocibus his affinibus, & ad eandem materiam pertinentibus, vt Tolerantia, Tolerare, Supportare, Impatientia, Tribulatio, Fortitudo (quo etiam pacto indicibus omnibus, præſertim noſtro Vniuerſali vtendum) & ex illis ſententias pauciſſimas, quæ magis ad rem ſuam facere cognouerit, magis cõmunes, & approbatas deliget, quippe quæ vim maiorem ad probandos, & excitandos affectus habeant, quas etiam aſſidua mente peruoluet, & ſuas efficiet.

Ad linguæ vero Hebraicæ aliqualem aſſequendam peritiam, & ſacrorum Bibliorum Hebraicorum intelligentiam, proderunt Sanctis Pagnini Theſaurus linguæ ſanctæ, & eiuſdem Theſauri epitome, & Latina verſio Bibliorum Hebraicorum, & Græcorum interlinearis, de qua ſupra lib. 1. part. 1. cap. 7.

Lexicon Pentaglottõ Valentini Schindleri, in quo omnes voces Hebrææ, Chaldææ, Syræ, Rabbinicæ, & Arabicæ, adiectis hinc inde Perſicis, Æthiopicis, & Turcicis, ordine Alphabetico, ſub ſuis ſingulę radicib digeſtæ cõtinentur, earumque ſignificationes, vſus, &c. Hannouiæ 1612.

Proderunt etiam Biblia Hebræa nuper edita maiuſcula characterum forma, quibus ad facilem ſanctæ linguę intelligentiam primo ſtatim intuitu literæ radicales, & ſeruiles, deficientes, & quieſcentes, ſitu, & colore diſcernuntur. Quæ tamen deſiderantur emendatiora, cum Latina interpretatione interlineari, &

numerorum diſtinctionibus.

Inemptione vero librorum, illud in primis ex Indice librorum prohibitorum, eiuſque regulis valde curandum eſt, ne impreſſionis vitio, vel peruerſitate interpretis, libri emendi ſint prohibiti: deinde ſi veterem aliquem habeant auctorem, & inſignem. Patrem vel alium adhuc viuentem, vt omnium recentiſſimè excuſi accipiantur. Cum enim raro, vel numquam ſiue nouis indicibus, notationibus, vel additionibus recudantur, licet aliquando typographicis erratis magis, abundare poſſint, additionibus tamen ſuis maius ſemper afferent emolumentum, quam erratis damnum.



DE SACRA SCRIPTVRA.

LIBRI SECVNDI, qui eſt DE VSV SACRÆ SCRIPTVRÆ PARS SECVNDA.

De Sacra Concione.

De Inuentione. Cap. I.

IN anteriori huius libri parte de his, quæ ad ſacri Concionatoris perſonam pertinere videbantur, diximus: de his modo dicendũ, quæ ad ipſam ſpectare Concionem cognouimus, Inuentione, Diſpoſitione, Elocutione, Amplificatione, Memoria, Pronuntiatione, & Prudentia. Et quoniam, Auguſtino teſte, *Duæ ſunt res quibus nititur omnis tractatio Scripturarum, modus inueniendi, quæ intelligenda ſunt: & modus præferendi, quæ ſunt intellecta: de inueniendo primum, de proferendo poſtea dicendum.*

Aug. lib. 1. de doctrina Chriſt. c. 1.

Sacram itaque Concionem conſtruere in-

tendens Concionator. Positionem, quam Græci θέμα vocant: seu Quæstionem primum ex Epistola, vel ex Euangelio, vel ex festiuitate currentis temporis, siue etiam sancti historia, pensitatius, visis expositoribus, & grauioribus de ea re Scriptoribus adinuenire debet: & quidem, vel Infinitam, vel Finitam, prout sibi magis visum fuerit conuenire tempori, festiuitati, & audientium personis infinita quæstio Græcè θέσις, Thesis, est indefinita, & generalis, nullis personæ, loci, aut temporis circumstantijs limitata, vt ista An liceat ludere. Finita vero, Græcè ὑπόθεσις, Hypothesis, est definita, & particularis, certis personis, temporibus, & locis propria, vt ista, An liceat Christiano homini tempore festiuo, publicè, vel in foro ludere, &c. Ex his, ad morum, & vitę Christianæ institutionem quoad poterit, vtilissimam seliget, & ad fructum animarum ferendum maximé idoneam: nam *posui vos* (ait Christus suis prædicatoribus) *vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat*, eã videlicet, quæ ad diuinorum mandatorum obseruãtiam inducat, vt idem Christus præcipit, *Docete*, inquiens, *omnes gentes, seruare omnia quæcumque mandaui vobis*: & ad pœnitentiam, sicut apud Lucam Apostolos idem Christus docuit, *quia oportebat prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum*, nam Gregorio, Nazianzeno teste, *de his argumentis Theologicis disputatio salubriter mouetur, in quibus scopum ferire est vtile, aber-*

Ioan. 15. 16.

Luc. 24. 46

Greg. Naz. orat. 1. de theolog. ad fin.

rare vero non adeo periculosum : ne vt intensior vox in auribus, &c. ita & auditores quæstionibus altioribus, & quasi solidioribus degranati, præsique damni aliquid accipiant, quod non raro cõtingit, dum de prædestinatione, reprobatione, libero arbitrio, præscientia Dei, vel de dubijs apud Theologos, & controuersiis, de opinionum citra rem aliquam varietate pro suggestu disputatur *quæ* (vt Augustinus ait] *cum sua vi non intelligantur, quamuis pleniſſimè dicentis versentur eloquio, in populi audientiam, vel raro, si aliquid vrget, vel numquam omino committenda sunt* Vtilissima itaque à sacro Concionatore inueniri debet Positio, seu Quæstio; nec multum curare debet (dum loco, tempori, festiuitati, & personis audientium congruat, nam sermo opportunus optimus) in quo illa sit genere causarum dummodo in vno illorũ sit, ad quod omnium Rhetorum genera, sacro concionatori congruentia reducuntur, à Paulo enumerata, vbi ait, *Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum ad corripiendum ad, erudiendum :* & alibi, *ad consolationem.* Vbi quinque causarum genera esse docet : ipse διδασκαλικὸν, seu Doctrinale : ελεγκτικον, siue Redarguitiuum παιδευτικον, siue Iustitutiuum : ἐπανωρθωτικὸν, siue Correctoriũ παρακλιτικὸν, siue Consolatorium, neque enim, vt docet Villauincentius congruit antiquorũ Rhetorum tria illa causarum genera, Demõstratiuũ, Deliberatiuũ, & Iudiciale é prophano foro, in sacrã, & religiosam Ecclesiã, inducere, cum sine inuolucris, his verbis ostendat Apostolus, om-

Aug. lib. 4. de doctrina Christ. c. 9.

2. Tim. 3. 16

Rom. 15.

Villauinc. lib. 2. cap. 1. de form. sacr. concion.

nem ſacram cõcionem, quia ex Scripturis ad inſtituendos homines ad pietatem paratur, ad hæc quinque dirigi debere capita.

Adinuenta itaque à ſacro Concionatore vtili Poſitione, argumenta adinuenire debet quæ maximè illam comprobent, & ſcopum attingant. Etenim cum finis ſacri Concionatoris ſit, non temere, ac nullo propoſito perſuaſionis fine, varias doctrinas pulcherrimas afferre, etiam morales, vel varias Scripturarũ expoſitiones proponere, voces expẽdere: Patrum ſententias coaceruare: ſed ſicut diximus, mores, & vitam Chriſtianam inſtruere, & mandatorum Dei obſeruantiam, & pœnitentiam perſuadere, curare debet, ne concio ſine fructu animorum in plauſus euaneſcat, & cum verborum ſonitu præterfluat, ſed illas afferre debet doctrinas, & rationes, quæ ſcopum attingant, & feriant. Huiuſmodi autem adinueniet argumenta ex locis cõmunibus, quæ Græcè Topica dicuntur, ſiue illa ſint artificioſa, ſiue inartificioſa. Artificioſa ſunt illa, quæ arte, & ingenio dicentis, ab ipſa rei natura eruuntur, vnde etiã intrinſeca rei, & excogitata dicuntur: quorum præcipua enumerantur: Genus, quod de pluribus differentibus ſpecie dicitur: vt ſi, exempli gratia, de abſtinentia dicendum ſit, à genere illius, Temper. ſic argumentari licet Temperantia eſt laudanda, ergo & abſtinentia. Huc pertinet locus ille Ioannis, *Qui facit peccatum, & iniquitatem facit.*

Species, quæ dicitur de pluribus differenti- *Ioan. 21. 34.*

Species, quæ dicitur de pluribus differentibus numero. Sic à ſpecie oſtendi poteſt peccata homines miſeros efficere, quia adulterium, & fornicatio hominem à Deo ſeparat, quod eſt maxima miſeria.

Definitio, ſeu deſcriptio, quæ eſt oratio naturam rei explicans. Sic ab illa argumentatur Iacobus vitę humanæ vanitatem. *Quæ eſt,* dicens, *vita noſtra, vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.*

Iacob. 4 14.

Cauſa, quæ eſt illa ex qua ſequitur effectus & eſt quatruplex, materialis, formalis, efficiens, & finalis, Materialis eſt, qua res eſt, formalis per quam eſt, efficiens à qua eſt, finalis cuius gratia eſt, à materiali ſic argumentatur Baſilius non eſſe ſuperbiendum: *Exultas*, inquiens, *ob diuitias, &c. attende tibi, quod terra es, & in terram reuerteris.* A formali oſtendit Bernardus cæleſtia contemplanda, & appetenda. *Anima*, inquiens, *inſignita Dei imagine, decorata ſimilitudine, redempta Chriſti, ſanguine, &c. quid tibi cum carne?* Ab efficiente argumentatur Deus æternam ſuam fœcunditatem dicens, *Nunquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam? & ego, qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero?* A finali, oſtendit Auguſtinus non eſſe quærendam in terris requiē dicens: *Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te.*

Baſil. in opuſc. attende tibi. Bern. med. cap. 3.

Pſal. 49. 21.

Aug. lib. 1. Confeſſ. c. 1.

Effecta quæ ex cauſis oriuntur, ex illis oſtēdit Chriſtus ſe eſſe bonum paſtorem, dū ait, *Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis*, ergo, *ego ſum paſtor bonus.*

Ioan. 11. 14.

Diſtributio partium, quæ eſt rei per partes explicatio. Ex illa probat Ieremias in ſolo Deo eſſe gloriandum, dum ait: *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitijs ſuis, ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire, & noſſe me, quia ego ſum Dominus.* Ierem. 9. 23.

Ethymologia, quæ verborum inquirit originem, Ab illa ſic Hieronymus, *Interpretare*, inquit, *nomen Monachi, hoc eſt nomen tuum, quid facis in turba qui ſolus es?* Hier. ad Heliodorum.

Coniugata, quæ ſunt ex verbis eiuſdem generis, id eſt, quæ ab vno orta variè commutantur. Ab illis Paulus ſic argumentatus eſt. *Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis.* Quo pacto & nos argumentari poſſumus, ſi Chriſtiani ſumus, Chriſtianè viuamus. 1. Cor. 15. 47

Comparatio, quæ eſt quando argumenta ducuntur à minori ad maius, à maiori ad minus, vel à paribus, A minori ad maius Chriſtus ſic eſt argumentatus, *Si fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur Deus ſic veſtit, quanto magis vos, &c.* A maiori ad minus idem Chriſtus. *Si ego Dominus, & magiſter veſter laui pedes veſtros, & vos debetis alter alterius lauare pedes.* A paribus argumentatur Dominus dicens, *Vocaui & renniſtis, extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret: ego quoque in interitu veſtro ridebo, &c.* Matt. 6. 30. Ioan. 13. 14. Prou. 1. 24

Similitudo, quæ eſt diuerſarum rerũ inter ſe collatarũ ſimilis quędã affectio. Ab illa Chry-

Chryſoſt. de oran. Deo. ſoſt. *Quemadmodum* inquit *Vrbs que mœnibus & propugnaculis caret, facile In hoſtium poteſtatem venit, ita animas, quæ precibus munitæ non ſunt nullo negotio redigit diabolus in ditionem ſuam.*

Tob. 8. 5. Diſſimilitudo quæ eſt diuerſarum rerum inter ſe collatarum diſſimilis affectio. Ab illa Tobias ſic eſt argumentatus: *Filii ſanctorum ſumus* inquiens, *& non poſumus ita coniungi ſicut gentes quæ ignorant Deum.*

Contrariorũ quatuor ſpecies. videlices Aduerſa, priuantia, Relatiua, & Contradicentia, Mat. 12. 28. Chryſoſt. in quod ſerm. Malac. 1 6. Contraria quę ſimul in eodem ſubiecto eſſe non poſunt, & quatuor habent ſpecies. Aduerſa, Priuãtia, Relatiua, & Contradicentia: ſic à contrariis ſibi aduerſantibus probat Chriſtus ſe in digito Dei eijcere Dæmonium. ergo nõ In Beelzebuth: à contrariis priuantibus probat S. Ioannes Chriſoſtomus neminẽ poſſe dici miſerum. niſi qui miſericordiẽ caret: à contrariis relatis argumentatur Malachias, dicens: *Filius honorat Patrem. & ſeruus dominum ſuum: ſi ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus, & ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus*, à contrariis contradicentibus argumẽtatus eſt Chriſtus, dum ait: *Qui ex deo eſt, verba Dei audit, ſed vos autem nõ auditis, ergo ex Deo non eſtis.*

Ioan. 8. 47.

Ambr. ſer. de Decol. S. Io. Bapt. Luca 16. 13. Galat 1. 10. Repugnantia, quæ nulla certa lege, vel ordine inter ſe differunt. Ex illis crudelitatem Herodis Ambroſius eſt deteſtatus. Ex illis Chriſtus docuit Deo ſeruiendum eſſe, *Nemo*, inquiens, *poteſt duobus Dominis ſeruire.* Et Paulus: *Si hominibus placerem, Dei ſeruus non eſſem.*

Adiuncta, ſeu circumſtantiæ, quæ ſcilicet

rei

rei cohærent, non tamen neceſſario, vt locus, tempus, veſtitus, &c. In inceſſu, velocitas, rubor, pallor, &c. Siue in colore ieiunantis, grauitas, placiditas: ſic ab illis argumentatus eſt S. Baſilius, *Ieiunantis color grauitatis plenus eſt, non in impudentem ruborem efloreſcens: ſed pallore modeſto ornatus, placidus, & lenis oculus, ſedatus inceſſus, &c.* S. *Baſil ſer. de ieiunio*

Antecedentia, quæ cõſequentibus neceſſario cohærent: ex illis eſt argumentatus Paulus noſtram reſurrectionem, dicens: *Chriſtus* (qui ſcilicet eſt reſurrectio noſtra) *reſurrexit, & nos reſurgemus.* 1. Cor. 15. 20

Conſequentia, quę rem neceſſario conſequuntur, ex eo loco Chriſtus probat humiles eſſe beatos, dum ait: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Matth. 5. 3.

In artificioſa vero loca ſunt illa, quæ non arte, vel ingenio dicentis a natura rei eruuntur, ſed aliunde ex varia, & multa omnis generis auctorum lectione ſunt adinuẽta. Vnde etiam Extrinſeca, & Inexcogitata dicuntur, quorum præcipua ſunt.

Sacra Scriptura, cuius magnam eſſe auctoritatem, & veritatem ea his ſatis liquet, quæ nos ſupra docuimus. Locus ſanè fœcundiſſimus, & ex quo pulchra quæcunque ſunt cognitu, ac vitæ hominum vtilia probari poſſunt. *Sup. lib. 1. parte 1.*

Traditiones Chriſti, & Apoſtolorum, quæ pari pietatis affectu, ac reuerentia, cum libris ſacris ſuſcipi debere, ac venerari, docet Tridentina Synodus.

Auctoritas Eccleſiæ Catholicæ, ſeu vni-
Conc. Tria ſſ. 4. uerſorum fidelium cœtus, quæ ſicut Paulus aſſerit, *Columna eſt veritatis.*

Auctoritas Sedis Apoſtolicæ, & Rom. Pon-
1. Tim. 3. 15. tificis, cui in perſona Petri dictum eſt, *Ego pro*
Luc. 22. 32. *te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.*

Auctoritas Conciliorum, ab eodem Romano Pontifice approbatorum, Eccleſiam repræſentantium.

Auctoritas Sanctorum Patrum, quæ tanta eſt in rebus ſacris, vt ab vnanimi eorum cõſenſu nulli diſſentire liceat.

Auctoritas Hiſtoriæ, quæ, ſi ab auctore graui deſumatur, fidem facit rebus probabilẽ & maiorem, ſia pluribus probatis ſumatur.

Auctoritas ſententiarum Philoſophorum, quæ haud eſt contemnenda, cum præſertim de remittendis iniurijs, de contemptu Mundi, de minimè formidanda morte, &c. agitur. In afferendis tamen ſententijs, quorumcumque illæ ſint, etiam Sanctorum Patrum, prudẽs mihi videtur illa virorum grauiſſimorum cautio adhibenda, ne ipſa, ſcilicet auctorum verba, & auctoritates referantur, niſi pauciſſimæ, & quæ aliquid ſingulare contineant, nam, qui in eo laborant, vt ex eis multas, nihil niſi communia quædam retinentes, Latine pronuntient, ineruditæ plebis magis auram captare velle videntur, & ſuæ ipſorum memoriæ oſtentationem facere, quam ad cor loqui, vel fructum afferre, nec valde ſcrupuloſus, quis eſſe debet, in citã-

dis minutis numeris, cum ſatis eſſe ad dicti corroborationem auctorem indicare, qui benè ſapiunt, iudicent. Iam vero vt hęc loca, Chriſtianus Concionator in promptu habere poſsit, ordine alphabetico per locos communes, in aliquo codice referre curabit, quicquid ſelectũ legẽdo, audiendove reperierit. E ſyluis etiam, ſeu locis communibus auctorum, & librorum Indicibus ea ſeliget, quæ ſuo inſtituto magis congruere cognoſcet. Cũ tamen, vt Ioan. à Ieſu Maria obſeruat, è communibus locis materia multiplex promi valeat, diſpicere debet ſacer Concionator, quænam ex illis ſuo ingenio magis congruãt vt ijs familiarius vtatur, neque enim omnia omnibus conſentiunt, ſed alios alia afficiũt, & amplam dicendi materiam ſuggerunt, qui ſi velint ingenium ad loca ſibi diſſentanea, compellere, incredibili ſterilitate torquentur. Sic exẽpli gratia, rẽ à ſuis princ. vel cauſis melius, & facilius alij, alij verò melius ab effectis cõprobabũt, & ſanè, quãuis melius ſit rẽ ex cauſis, & principijs dignoſcere, quia tamen effectus magis nobis patent, quã cauſæ, frequentius, & facilius, ex effectibus ad cauſas philoſophamur. Verum quia rationes benè connexæ, & in ſcopum perſuadendæ veritatis directæ pondus maximum habent, & proprijſſimam cum hominis ingenio, quod ratione ducitur, congruentiam, ideo ex triplicis boni, quod in vna quaque re conſiderari poteſt, honeſti, vtilis, & delectabilis, ſeu mali inhoneſti, damnoſi, & mo-

Reg lib. 5. cap. 7.

Ioa. à Ieſu Maria lib. de art. conc. p. 2. cap. 4.

leſti conſideratione, quam poterit maximam rationum copiam ſacer Concionator curabit elicere. Sanè experientia compertum eſt eas conciones aptiores cenſeri, & eſſe vtiliores, quæ firmioribus armantur rationibus.

De Inuentione in ſingulis dicendi generibus.

Capitis I. Pars Altera.

SEd vt aliqua de quinque cauſarum generibus, quæ ſupra ex B. Paulo enumeraſtio, vt de Prouidentia, de Fide, Spe, Charitate. Lege, Morte, Purgatorio, & ſimilibus, ſiue compoſita, vt: An prouidentia Dei ſit rerum particularium, An Fides prę ferenda ſit Charitati. &c. poterit ſacer Concionator hæc, & ſimilia Dialectico ordine explicare, de re quærendo, an ſit, quid ſit, quæ partes eius, vel ſpecies, quæ cauſæ, quæ officia, ſeu effectus, quæ affinia, aut contraria, prout intelligentiæ auditorum, locoque, ac tempori magis congruere iudicabit. Sic, exempli gratia, ſi de diuina prouidentia ei ſit differendum, primo loco oſtendet re vera illam dari, non ſolum generalem omnium rerum, ſed etiam peculiarem hominum, nihilque caſu, quantum ad Deum ſpectat, fieri, & in hac quæſtione explicanda, ſi placet totam concionem

Genus Doctrinale uimus, diſſeramus, in genere Doctrinali, ſeu Didaſcalio, ſiue dicenda ſit ſimplex quæ-

poterit explere, ſin minus poterit eius definitionem afferre, & non ſolum quid ea ſit: ſed propter quid ſit oſtendere, Sanè in vna cõcione non plures, quam duas, vel tres quęſtiones agitandas eſſe omnes docent Rhetores. Si vero de diuinis, verbi gratia traditionibus ei ſit dicendum, quid nomine traditionum intelligatur, explicare poterit, deinde habita ratione præſentis temporis, vires illarum dicere, & effectus, alias omittendo quæſtiones nam illas tantummodo agitare debet, quas cum fructu tractari poſſe cognoſcit. illa enim regula in hoc concionum genere, & prudentia ſemper tenenda eſt quã Sancti Patres tenuiſſe conſpiciuntur: qui de rebus dogmaticis diſputantes, & ad doctos concionem habentes, ad normam Dialecticam rem premere conſpiciuntur, quod non faciunt quando populum inſtruunt.

Villauinc. lib. 2. cap. 2. de form. ſacr. concion.

In Themate tamen compoſito, vt indicatus Villauinc. obſeruat, ſatis fuerit ſtatim in confirmatione probationes omnes ex ordine digerere, nulla prorſus partitione in quæſtiones facta, niſi fortaſſis quæſtio aliqua peculiaris ex circumſtantijs, vel cauſis vllis enata incideret, quam pro ratione loci, & temporis expediret populo plenius cognoſcendam proponere.

Villauinci vbi ſupra.

In genere Redargutiuo, quod ad falſa dogmata redarguenda eſt inſtitutum, & generi illi Iudiciali antiquorum reſpondet, quod accuſatione, & de defenſione conſtabat. Falſa quidem dogmata ſacer Concionator redar-

Genus Redargutiuũ.

guet, ſi diligenter primum inueſtigabit, quid veri, falſique habeant corruptæ aduerſariorum probationes, quas ſyllogiſmis dialecticis illigabit, argumenta à vera, & germana interpretatione Scripturæ, & conciliatione locorum in ſpeciem pugnantium ſumendo, necnon ab aſſidua eorum lectione, qui de Theologicis controuerſijs ſcripſerunt, & maximè paucorum illorum ex ſelectioribus, quos ſupra retulimus, & eorum qui de vero, & germano ſacro Scripturę ſenſu, maximè literali diſputant. Poterunt etiam in hoc genere ij loci vſui eſſe, quos ad aſſertionem veri dogmatis idoneos in genere Didaſcalio diximus, quod crebro ad redargutionẽ accommodentur.

Genus inſtitutionum.

In genere Inſtitutio, ad quod ſpectant omnia, quę in genere Deliberatiuo tractantur, nempe agenda, & vitanda, & quę tractantur in genere Demonſtratiuo laudanda, & vituperanda, nam ſuaſiones, exhortationes, & admonitiones, ſicut etiam proborum virorum, factorum, & rerum laudationes: & & malorum vituperationes, ad vitam hominum rectè inſtituendam, à ſacro Concionatore tantummodo diriguntur: dum rem aliquam perſuadere ſacer voluerit Concionator, argumenta ſumet ab ipſius rei iuſtitia, honeſtate, æquitate, pietate, vtilitate, laudabilitate, neceſsitate, facilitate, ſeu poſsibilitate: a præcepto, promiſsionibus, & cõminationibus Dei, à conſilio Sanctorum, illuſtratione amplitudinis gloriæ Dei, ab e-

xemplis, & ſimilitudinibus: denique etiam à ſpe ſucceſſus, ab expectatione gloriæ, à metu ignominiæ, à certitudine, & magnitudine præmiorum, & à locis ſupra enumeratis quos argumenta ad perſuadendum præbere diximus. Cum vero laudare perſonam voluerit præceptiones, quas in hac re tradunt Rhetores, ita ſeruabit, vt non exiſtimet, primũ de bonis corporis, deinde de bonis fortunæ, poſtremo de bonis animi omnino ſibi eſſe dicendum, ſed, cum de ſuperſtite parcè admodum loqui debeat, ne adulari cuiquam velle videatur, de Sancti viri laudibus acturus: à bonis corporis & fortunę vix argumenta ſumet, vel non niſi leuiter attinget, & obiter, docendo Beatum illum bonis eiuſmodi confiſum, aut abuſum haud vnquam fuiſſe, aliquod de ſacris Scripturis, vt docet Villauincentius, caput accipiens, in quo vbi aliquantulum inhæſerit, vnum, vel duo, aut tria ad ſummum loca, de vita Sancti aſſumet, & in his virtutes illius aliquas magis conſpicuas commendabit: poſtremo, maiori quo poterit ſtudio, ad corrigendos corruptos hominum mores, & ad imprimẽdas in animis auditorum veræ pietatis motiones ſermonem conuertet, talique pacto eos ad laudandum in Sanctis ſuis Deum & ad imitationem preclarè factorum prouocare curabit. Quod ſi laudare intendat factum aliquod inſigne, vel rem aliquam, illam honeſtam, piam, vtilem, laudabilem, verbo, ac voluntati Dei conſentaneam,

Villauinc. libro 1. de form ſacris. Conc. c. 4.

demonſtrabit, ex cauſis, circumſtantiaque amplificabit, præcipuo ſemper ſtudio, ad factum imitandum, vel rem faciendam exhortando: nam integra omni tempore manet benefactis laus, & prima cura ſuſcipi debet, de auditorum vtilitate, & profectu. Sané in his omnibus Hyperbole numquam ſacro Concionatori non eſt vitanda, vt laus ſyncerior ſit, ac ſolidior, vti grauitatem Apoſtolicæ functionis decet. Sicut etiam genus illud dicendi contentioſum, quod aliqui non infrequenter aſſumunt, dum ad Sancti alicuius præconia depromenda, illum alteri Sancto inſigniori æquare contendnnt: *nam res hæc inexplorata eſt, & inuidioſa, niſi parte admodum,* vt Ioannes à Ieſu Maria ait, *cauteque vſurpetur.*

Io. à Ieſu Maria in art. Conc. par. 4.

In genere Correctorio, quo proprie reprehenditur, & caſtigatur, quod in moribus peccatum eſt quod partim ad ſuaſiones, vel dehortationes, partim ad vituperationes vitiorum, ac perſonarum, quæ correctione indigent, ſpectat, non magno negotio aliquid diſſuadebit ſacer Cõcionator, ſi cõprehẽdet illud eſſe inhoneſtum, iniuſtum, iniquum, periculoſum, damnoſum, difficile, &c, quod facere poterit ex locis illis, quæ ad ſuadendum valere ſupra docuimus, contraria tamen ratione expoſitis. Hoc tamen genus concionis valde cautum Concionatorem ſacrum requirit, nã licet ei dictũ à Domino ſit:

Census Correctorium.

Ezech. 3. 17. *Speculatorẽ dedi te domui Iſrael: & audies de ore meo verbũ, & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impiũ Morte morieris: non annuntiaueris ei, neque fueris*

locutus, vt auertatur à via ſua impia, & viuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Et per Iſaiam: *Quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum.* Quare Paulus: *Væ mihi, ſi non euangelizauero*, tamen verbi diuini prædicatio ab illis eſt auertenda, quorum nulla ſperatur correctio. Sic Apoſtoli Iudæorum obſtinatione offenſi dixerunt: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes*, ſic enim nobis præcepit Dominus. Ac ne aliter illum præcepiſſe credas, quàm egiſſe, à Pilato veritatis hoſte, quid eſſet veritas, interrogatus, nullum omnino reſponſum dediſſe legitur: Ideoque Paulus, & Barnabas prohibiti ſunt à Spiritu ſancto loqui verbum in Aſia: neque enim ſunt mittendæ margaritæ ante porcos, ne eas pedibus conculcent. Ita etiam ſemper moderanda eſt correptio, vt mordeat peccatorem, & ſpe conſoletur veniæ, ſic Pſaltes: *Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me.* Et Paulus: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu manſuetudinis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris. Si tamen viderit ſpiritualis medicus*, vt Bernardus ait, *illum, qui vulneratus eſt, id eſt qui peccauit, blandis, aut lenibus hortamentis, quæ in eum prærogata ſunt, minimè emendatum: magis autem fortè etiam abutentem ſua manſuetudine, & patientia negligentiorem fieri, & in peccato ſuo etiam ſecurius obdormire, fruſtrato tam ſuauium oleo monitorum: oportebit ſane*

Iſai. 27. 58. 1. Cor. 9. 16.

Act. 13. 46.

Act. 16. 6.

Pſal. 140. 5. Galat. 6. 1.

Ber. ſer. 44. in Cantic.

mordacioribus vti medicamentis, et vinum compunctionis infundere, duris videlicet cum eo increpationibus, atque inuectionibus agere.

Vitet plurimum, ne vitia ſuperiorum ita deſcribat, aut notet, vt auctoritatem ſiue Eccleſiaſticam, ſiue ſecularem apud populum vilem reddat, vel ipſi populo detur materia, & licentia obloquendi: cum in commune cedat non modicum damnum eorum auctoritatis imminutio, per quos edocendi, regendique ſunt cæteri: ſed ſi reprehendendi ſint præſentes (neque enim temerè in abſentes debacchari licet) occaſione ex ſcripturis Sacris, ſeu profanis captare poterit, eaque explicare, quibus contrarię ipſorum vitiis commendentur virtutes: ſibi tamen à duobus extremis valdè caueat, adulatione, & inconſulta libertate. Etenim ab aſſentatione tam procul eſſe debet, vt nihil vnquam ad gratiam audientium dicere debeat, ſed omnia ad profectum, more optimi medici, qui curationem vulneribus adhibet, non quæ malè affectum delectet, ſed quæ ſanet, nam, *ſi hominibus placerem*, ait Paulus, *Chriſti ſeruus non eſſem.* *Galat. 1. 10.*

Genus Conſolatorium.

In genere tandem Conſolatorio quod Rhetores Philoſophis vitæ, & morum magiſtris maximè reliquerunt, nullus magnificentius, quam ſacer Concionator verſari poteſt, vt potè cuius profeſſio, vt multo dignior, præſtantiorque eſt, quam omnium aliorum, ita permulcendis, leniendisque doloribus eſt peculiariter deſtinata. Itaque conſolari afflictos quicunque deſiderat, probationes nonnullas

principio mutuabitur ex locis generis Inſtituti, quib. ad ſuadendum, diſſuadēdumvè vtitur: nam quid eſt conſolari, niſi diſſuadere dolorē? & librum etiā ad remedia ſingulis morbis adhibenda optimum conſulere poterit, quem de remediis vtriuſque fortunæ Frāciſcus Patriarcha edidit, & Ioſephus Langius in ſua nouiſſima Polyanthea ſub propriis locis diſtribuit. Semper tamen conſultius erit rationes è reb. colligere ſpiritualibus, & æternis, quam à reb. carnalibus, & caducis, quorum argumentorum ſunt ſacræ paginæ refertiſſimæ, nam, vt Paulus docet: *Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.* Rom. 15.

Ex his omnibus Concionum generibus genus quoddam Mixtum habetur, quod Euangelij expoſitionem continet, & ex eo in genere Doctrinali, ſeu Didaſcalio ſimplicem aliquam quæſtionem, vel etiam compoſitam tractat, in genere Redargutiuo, ſeu Iudiciali, hæreſim confutat: in genere Inſtitutiuo, ſeu Deliberatiuo, quod frequentius contingere ſolet, aliquam virtutem ſequendam, vel peccatum fugiendum ſuadet, vel rem aliquam laudat, & Sanctorum virtutes imitandas proponit: in genere Correctiuo peccata corrigit: vel tandē in genere Conſolatorio noſtris miſeriis ſolatium affert. Illud Chryſoſtomo familiare fuit, poſt Euangelij explanationem, quæ ad genus Doctrinale ſpectat, in genere Suaſorio, vel Diſſuaſorio verſari, omnesque virtutum, & vitiorum locos tractare. Et ſanè, licet *Genus mixtum.*

ſimplex concionandi modus in genere Inſtitutiuo, dum vnum aliquod argumentum in genere Suaſorio, ad vnam aliquam exhortando virtutem, ſumitur, vel in genere Demonſtratiuo, dum in concione alicuius Sancti virtutes, & miracula prædicantur, omnino ſit laudatiſſimus: haud tamen vituperandus vllo pacto is mixtus dicendi modus cenſendus eſt, cum in illo non infrequenter ſanctos Patres verſatos fuiſſe conſtet, ſitque propter rerum varietatem gratus, & propter diuerſa vitæ documenta vtilis, & Concionatori admodum facilis: neque enim partes illas orationis requirit, de quibus ſequenti capite, neque artificioſam argumentorum adinuentionem, neque magnam admodum in Concionatore eruditionem: *Cum*, ſicut Granatenſis ait, *nulla tam anguſta ingenij vena ſit, neque tam curta rerum ſupellex, vt non ſingulis explanationis partibus aliquid aliunde ſumat, quo illas locupletare, & illuſtrare queat.* Sed hæc de Inuentione dicta ſufficiant.

Granaten. Rhet. Eccl. lib. 4. c. 5.

De Diſpoſitione. Cap. II.

VBi multam coaceruatam habebit ſacer Concionator materiam ad ſuam poſitionem probandam, de Diſpoſitione, rerum omnium pulchritudine, ac veluti anima, teſte quintiliano, cogitare debet, quæ quidem & ipſi Concionatori, ne in rerum confuſione perturbetur, vtilis admodum eſt, & auditoribus, vt commodè cuncta percipiant, neceſſaria. Ac licet varia eſſe debeat, pro multiplici

Quintil. lib. 7. c. 1.

rerum natura,& varietate: Vnde, ſicut idem ait, nullis præceptis facilè comprehendi poteſt, numquam tamen ſine illa pro ſuggeſtu loqui quis debet. Porro illa diſpoſitio generatim idonea exiſtimatur, quæ corpus concionis ſenſim creſcere facit, firmioresque rationes minus ſemper firmis poſtponit, ſicut etiam Scripturæ ſacræ loca, conceptus varios, vt ſcopum feriant, & Thema confirment: nec multum curare debet, an rationes auctoritatibus, vel auctoritates rationibus præponantur.

Solet tamen corpori Concionis proœmium quoddam, ſiue exordium præmitti, ab antiquis vſurpatum, ad auditorum animos attentos, beneuolos,& dociles reddendos, & quidem, vt attentos redderent de re magna, noua, inuſitata, vtili, neceſſaria,&c. ſe verba facturos pollicebantur: Vt beneuolos, illos laudabant, aduerſarios vituperabant, ſe benè erga illos affectos oſtendebant, promittebantque ſe verba de re ipſis auditu grata dicturos, & tandem, vt dociles redderent, ſummam ipſius cauſæ breuiter proponebant. Verum Chriſtianis Concionatoribus ſatis eſſe exiſtimatur, ſi ſuo exordio auditores attentos, & dociles reddant, illudque quam fieri poteſt modeſtiſſimum, graue,& breue vſurpent, præclara aliquâ ſententia illuſtratum,& propriis verbis, ac minimè otioſis, quid in concione dicendum ſit, exprimens: etenim cum in ſacris concionibus de ſalute agatur æterna, auditores ſatis ad audiendum accedunt parati,

nec longo egent exordio ad attentionem captandam. Poterunt idcirco loco exordij vna aliqua propositione Catholica, & populari vti, ex sacris literis eruta, vel ex Ecclesiastico illius diei Officio, Missa, Euangelio, Epistola, quæ dicendorum substantiam contineat, & ad quam, iuxta Catechismi Romani monitum, tota concio dirigatur.

Catech. paulo ante explicat. Symbol.

In causa graui, & tragica poterit sacer Concionator, si libeat, ex abrupto exordiri, sicut Dauid Psal. 2. fecisse legimus, dum ait: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?* Vel, quod satis est vsitatum, ab aliqua similitudine, ad quam totam concionem, dummodo id fructuosè fiat, accommodet. Veterani Cõcionatores etiam aliquando Euangelicam historiam pro exordio præmittunt, nec quidem illepidè, vel inutiliter, dum ex illa tota deinde vnam aliquam positionem probandam eliciunt, & successiuè probant.

Psal. 2. 1.

Nec silendum, quod obseruat Ioan. à Iesu Maria, exordia in grauissimis consessibus non solere præmitti, quod olim, qui apud Areopagitas dicebant, obseruarunt.

Ioan. à Iesu Maria par. 2. art. conc. cap. 3.

Sanè quandocunque præmittitur, fucus in eo omnis, ad aurium inanissimã voluptatem, vel ad dicentis facundiæ, & ingenij ostentationem (quod omnem dicentis auctoritatem eneruare apud viros pios, & doctos soleat) est deuitandus, sicut etiam omnis Insinuatio, qua dissimulatione quadam, & circuitione dicendi, nonnulli obscurè animum auditoris subintrare curant: ni auditores haberet, sacer

Cicer. 1. de inuent.

Concionator prauis opinionibus prꝫoccupatos, & voluntate à ſe alienos: nam tunc magis charitate, quam arte feruens, prudenti aliqua inſinuatione vti benè ſibi licebit.

Poſt Exordium Rhetores ſecundo loco poſuerũt narrationem, quæ eſt rerum geſtarum, prout geſtarum, expoſitio, tamen quia ſacro Concionatori tunc ſolum conuenit, quando rem geſtam ad aliquid confirmandum commemorat, ſecundo nos loco ponimus.

Propoſitionem, qua breuiter ſtatus, & ſumma dicendorum comprehenditur, cui partitio, ſeu partium enumeratio, ſi ſimplex poſitio non ſit, eſt adiungenda, non obſcura, nec longa, nec pluſquam tria, aut quatuor membra complectens, qua ſcilicet doceatur, non ſolum de qua re ſit agendum: ſed etiam de ea, quid primum, & poſtea, quod dilucidè facer Concionator faciet, ſi antea benè, quid velit in tota concione probare, & quibus rationibus, quoque ordine, percipiet.

Propoſitionem ſequitur Confirmatio, qua res poſita rationibus confirmatur, & Confutatio, qua, ſi opus ſit, contraria aduerſariorum argumenta confutantur, atque ſoluuntur.

Poſt hæc ſequitur Concluſio, ſeu Peroratio concionem terminans, in qua primo loco affectus ita excitandi ſunt, & permouendi, vt auditores, quæ omnino agenda viderint, exequantur. Nam, vt Auguſtinus ait *cum id docetur, quod agendum eſt, & ideo docetur, vt agatur, fruſtra perſuadetur verum eſſe, quod dicitur: fruſtra placet modus ipſe quo dicitur ſi non ita dicitur,*

Aug. lib. 4. de Doctr. Chriſtiana cap. 2.

vt agatur. Ad id autem consequendum tunc maximam vim habebit concionator, cum animi motum, quem auditoribus cupit imprimere, verè in se ipso habuerit prius impressum. Deinde vero sequitur enumeratio, qua sub vno veluti aspectu, quæ tota concione fusè sunt dicta, breuissimè, grauiter, & apta sententiarum varietate, per capita diserendo repetuntur, vt ea auditorum mentibus firmius adhæreſcant, nisi fortè apud eos loquaris, quorum memoriæ non sit diffidendum, præsertim cum singula concionis capita adeo distinctè, ordinateque disserueris, vt noua eorum repetitio minimè sit necessaria.

In omni Concionum genere particulares dispositiones.

Capitis II. Pars Altera.

INter cæteras particulares concionum dispositiones illa mihi semper laudatissima fuit, quæ totam orationem non quidem more Dialectico: sed, vt Oratorem decet, in Syllogismi formam, vt sæpe Tullius, refert: quomodo si concio habenda sit, illo posito Themate: *Diligite inimicos vestros*, huiusmodi confici posset syllogismus totam continens concionem: Quodcunque Christus Dominus docet, faciendum est: sed ipse docet diligendos esse inimicos, ergo inimici sunt diligendi, docendo quam bonus, quam sapiens, quã nostri amans sit Christus, quàm multis nominibus ei obtempe-

temperandum ſit, quamque honeſta, neceſſaria, & vtilia, quæ percipit &c.

In mixto vero genere, in quo ex Euangelio concio habenda ſit, illam cenſeo bonam diſpoſitionem, quæ textui congruere magis cognoſcitur, illam meliorem, quæ Euangelium in aliqua membra ſubordinata diſtribuit, illam optimã, quæ partes eius connexas oſtendit, & alias ex aliis deducens in vnum ſcopum dirigit, & ad mores deriuat. Sed quia fortè aliis alia erit diſpoſitio gratior, quot quot reperire diſponendi genera potui, breuiter accipe. Poteſt igitur concio generatim diſponi.

Primo modo referendo Theſim ad Hypotheſim, puta reducendo tractationem ieiunij in genere ad tractationem ieiunij Quadrageſimalis ſeu alterius in ſpecie.

Secundo ſequendo ordinem quatuor cauſarum, & ex ijs rem poſitam probando, vt quod adhærere Deo bonum ſit, primo *ex cauſa efficienti*, quia Deus nos creauit. Secundo *ex fine*, quia eſt finis noſter. Tertio *ex formali*, quia anima noſtra eſt ad imaginem Dei. Quarto *ex materiali*, quia ob miſerias, & neceſſitates noſtras ipſo indigemus.

Tertio Ordinem eſſentiæ ad circumſtantias: puta de Incarnatione. Primo narrando magnitudinẽ myſterij, poſtea illud ex circumſtantiis loci, temporis, modi &c. cõprobando.

Quarto tractando de aliquo actu circa diuerſa ſubiecta, vt de miſericordia Dei in peccatores, pœnitentes, & iuſtos.

Quinto ex præcipuis argumentis, ad probandum idoneis rem aliquam perſuadendo, vt eleemoſynam. Primo, quia Deo nos ſimiles facit. Secundo, quia homini eſt propria. Tertio, quia vtilis eſt in præſenti, & in futura vita.

Sexto, proponendo Quęſtionem non ſcholaſticam, & abſtruſam, ſed moralem, varias de ea referendo ſententias, & ex illis aliquam aut veriorem, aut opportuniorem amplectendo, puta, Quæ eſt cauſa peccati? alij influxus cœli, alij complexionem malam, alij malam educationem cauſam peccati dicunt: ego vero cæteris repudiatis, ipſam malam voluntatem eſſe cenſeo.

Septimo, ſeligendo, ex tota alicuius rei tractatione nonnulla capita: vt ſi de aliqua virtute loqui velim, nempe de oratione, de qua Theologi quærunt naturam, ſpeciem, gradus, actus, proprietates, indicia, cauſas, effectus, contraria, remedia, &c. ex his omnib. ſeligam vnum, aut alterum, videlicet eius proprietates, aut effectus.

Octauo, ſumendo aliquam ſententiam, & ex ea colligendo methodum, vt acturus de memoria Dei cõtinua, ſumam ex Gen. 17. primo illud: *Ego ſum Deus omnipotens*: ſecundo illud: *Ambula coram me*: tertio illud: *Et eſto perfectus*.

Gen. 17. 1.

Nono, tractando aliquid per ſimilitudinem, vel allegoriam: vt loquendo de Confeſſione ſub typo medicinæ, & conſiderando Confeſſarium, vt medicum, pœnitentẽ, vt infirmum,

peccata, vt morbum, &c. vel de Oratione ſub typo mercatoris, &c.

Decimo, proponendo emblema, vel picturam, eamque rei ſignificatæ applicando, vt proponendo imaginem aliquam patientiæ, vel ſuperbiæ, &c.

Vndecimo, proponendo hiſtoriam, & ſuper illam thema tractando, vt ſuper hiſtoriam Abrahæ, de obedientia diſſerendo.

Duodecimo, per ſymbolicam Theologiam: vt ſuper illud, *Ego ſum lux mundi*, philoſophando ſuper lucem, & applicando ad Chriſtum: & ſuper illud, *Vos eſtis ſal terræ*, philoſophando ſuper ſalem, & applicando ad Apoſtolos, aut Prælatos, &c.

Decimotertio, conferendo dictum, aut factum Teſtamenti noui, cum dicto, vel facto Teſtamenti veteris: vt tractãdo de Chriſto ſub typo ænei ſerpentis, vel de Euchariſtia ſub typo mannæ, & vnum cum altero conferendo.

Decimoquarto, tractando aliquid per paradoxum: vt quod *Nemo lædutur, niſi à ſeipſo.* Vel quod maior fuit libertas Ioannis in carcere, quàm Herodis in Regno: & maior fœlicitas Lazari mendicantis, quam Epulonis, &c.

Decimoquinto, diſcurrendo ab etymologia nominis: vt ex eo, quod dicitur, *Ioannes eſt nomen eius*, diſſerere licebit de gratia, & differentia legis Euangelicæ, & legis Moſaycæ: vel oſtendere quanta fuerit gratia in Ioanne: vel quod gratia ex Deo pendet, nam à Deo fuit impoſitum illi nomen.

Decimoſexto, per Dialogum: vt inducendo Angelum, & Mariam, Diabolum, & Chriſtum inter ſe loquentes.

Genus Doctrinale. In genere Doctrinali, ſeu Didaſcalio, quærendo primum de re, an ſit, deinde de eius natura quæ ſit, tertio de proprietatibus eius, quarto de cauſis, à quibus pendet, puta, de Patientia, primo oſtendendo quam ſit neceſſaria: ſecundo in quo cõſiſtat, vbi de eius actibus, & obiecto: tertio de affectibus, conditionibus, & attributis: quarto, quibus modis acquiratur. Sed hæc tractantur non conciſis definitionibus, ſed explicando, & amplificando. Vel quærendum primo de re quid ſit, ſecundo de eius proprietatibus, tertio ſpeciebus, quarto gradibus, quinto cauſis, ſexto effectibus, vel alio modo, prout magis congruere tempori, & perſonis cognoſcitur.

Genus Redargutiuum In genere Redargutiuo falſa redarguendo dogmata, ex duplici capite, primo ex confirmatione veri, ſecundo ex confutatione falſi: Primo ex Scripturis, ſecundo ex Patribus, tertio ex Conciliis, quarto ex Decretis: ſed contra hæreticos: nam alias ab hoc genere in ſuggeſto abſtinendum.

In genere Inſtitutiuo, ſuadendo maximè, primum à rei honeſtate, deinde ab vtilitate, tertio à iucundo, diſſuadendo primo à rei turpitudine, ſecundo à damno, tertio ab iniucundo, quam diſpoſitionem etiam in genere Correctorio ſeruare licebit. In narrãdis vero Sanctorum hiſtoriis (eo tamen modo, quo ſupra diximus) diſpoſitio erit optima, quę ordinem

ſequitur temporum, & rerum, vt primo loco enarrando Sancti genus, ſecundo patriam, tertio parentes, quarto indicia, ſi quæ præceſſerunt, quinto educationem, ſexto pueritiam, ſeptimo ſtudia, octauo virtutes, nono actiones, decimo mortem, vndecimo, quæ poſt mortem, duodecimo ſuadendo ad imitationem, vel in toto, vel in parte.

Secundo ab ordine inuerſo, puta, primo mortem, &c. maioris efficaciæ gratia.

In genere Conſolatorio, in quo ſemper aliquid ſuadetur, vel diſſuadetur, diſpoſitio ſeruanda eſt generis Inſtitutiui. In funeribus vero defunctorum exordium ſumere licebit à dignitate defuncti, ſi dignus erat, vel ab vtilitate auditorum: Tum aliquæ ex præcipuis virtutibus ipſius defuncti erunt proponendæ, quarum recordatione parentes, amici, & alij conſolentur. Tandem auditores ad aliquam ex illius virtutib. vel ad aliquod opus bonum ſunt excitandi.

In genere Mixto, in quo de epiſtola, Euangelio, vel alio Scripturæ loco agitur, varia, & multiplex eſt diſpoſitio.

Prima per paraphraſim, à qua tamen abſtinendum eſt, niſi in villis, & pagis, vt rudes intelligant lectæ.

Secunda per Homiliam, declarando ſcilicet duas, vel tres particulares ſacræ Scripturæ, eiſque amplificationem, & exhortationem adhibendo. Ita Chryſoſt. Greg. Origen. & alij Eccleſiæ Patres.

Tertia, diſtribuendo Euangelium in par-

tes, & ſubdiuidendo, etiam ſi partes non habeant inter ſe connexionem. Hic modus eſt facilis, & delectabilis propter varietatem, ſed non admodum vtilis.

Quarta, proponendo vnũ Thema ex Euangelio, & colligendo varias conſiderationes ad idem Thema ſpectantes, qui modus eſt vtilis, ſed difficilis: puta tertia Dominica quadrageſimæ agendo de dominio Dæmonis: primo à nominibus, fortis, armatus, immundus: ſecundo à loco, nempe mundo, & anima: tertio à modo regnandi, qui eſt efficere ſubditos mutos, ſurdos, & cæcos: quarto à nominibus regni, puta, Atrium, Regnum diuiſum, domus vacans, ſcopis mundata, &c.

Quinta, ſequendo thema ipſius Euangelij, vt in Euangelio Epulonis, loquendo de pœna diuitum, & gloria pauperum.

Sexta, ex verbis vnius ſententiæ Euangelicę, puta, *Diliges Dominum, &c.* Ex quibus tractare poſſumus primo de actu dilectionis, ex verbo, *diliges*: ſecundo de obiecto dilectionis, ex verbo, *Dominum*: tertio de modo diligendi, ex verbo, *toto corde.*

Septima, reducendo partem Euangelij, vel totum ad vnam ſententiam ipſius Euangelij: quomodo ex illis verbis: *Ecce quem amas, &c.* licebit oſtendere amorem Chriſti erga lazarum, & ad eum probandum referre primo teſtimonium ſororum, ſecundo Euangeliſtæ, tertio Chriſti, quarto Iudæorum.

Octaua, ſuper vna voce Euangelij, quæ habeat varias Patrum expoſitiones, de variis

etiam materiis differendo, vt in festo S. Iacobi super verbo *calicem*, de calice Christi, & calice mundi. Vel in Euangelio Samaritanæ de aqua Christi, & aqua mundi.

Nona, scopum Euangelij considerando, quomodo in Euangelio Cinerum, quod eo tendit, vt doceat rectam in bonis operibus intentionem, tractandum erit de recta intentione.

Decima, aliquam parabolam perpendendo, ita vt primo explices scopum parabolæ, secundo, vt philosophando applices parabolam ad rem significatam, vt parabolam seminis ad verbum Dei, &c. tertio, vt applices ad mores, & persuadeas id, quod intendit parabola.

Vndecima, quando locus Scripturæ habet plures sensus Patrum, potest sumi concio ex diuersis eorum expositionibus, puta in Euangelio, *Nisi abundauerit iustitia vestra, &c.* Quia per iustitiam Pharisæorum aliqui intelligunt hypocrisim, aliqui iustitiam legis veteris in comparatione ad iustitiam legis Euangelicæ, de vtraque agi potest.

Duodecima, applicando aliquam materiam occurrẽtem ad Euangelium, quæ si non optimè quadrare videbitur, reddenda erit ratio, cur id factum sit, vel propter opportunitatem temporis, vel personæ, vel loci, vt ad Euangelium: *Viri Niniuitæ*, applicando materiam de pœnitentia: ad Euangelium, *Qui ex vobis arguet me de peccato?* de Confessione, ad illud Dominicæ quartæ, de misericordia, &c.

Decimatertia, primo excurrendo Euangelium breuiter, illud totum exponendo: secunco immorando in aliquo eius loco, aut sententia, quæ sit communior, & ad mores instruendos vtilior.

De Elocutione. Cap. III.

ELocutionem; quę exornatæ orationis est ratio, vel, vt alij docent, aptus inuentæ, ac dispositæ orationis ornatus, qui partim in verbis, partim in rebus, sententiisque consistit, ille habebit Concionator, qui tribus loquendi generibus, nempè *tenui*, siue submisso, quo docemus, *temperato*, quo delectamus, & *grandi*, seu sublimi, quo mouemus, vbi opus sit, prudenter vti nouerit, illa permiscendo, suis locis adhibendo, & ab vno ad aliud transeundo, nam, qui in dicendo, vt docet Augustinus, intelligenter, libenter, obedienterque audiri desiderat, curare debet, vt sua oratione doceat, delectet, atque flectat, *quod ille assequetur, & erit eloquens*, ait ille, *qui vt doceat, poterit parua submisse, vt delectet, modica temperate, vt flectat, magna grãditer dicere.* Et infra: *Et tamen, cũ Doctor iste* (lacet videlicet Cõcionator) *debeat rerũ dictor esse magnarũ, non semper eas debet granditer dicere, sed submisse, cum aliquid docetur, temperate, cum aliquid vituperatur, siue laudatur, cum vero aliquid agendum est, & ad eos loquimur, qui hoc agere debent, nec tamen volunt, tunc ea, quæ magna sunt, dicenda sunt granditer, & ad flectendos animos congruenter, &*

S. *Aug. lib. 4. de doctr. Christ. c. 17.*

Idem c. 19.

aliquando de vna, eademque re magna, & ſubmiſſe dicitur ſi docetur, & temperate, ſi prædicatur, & granditer, ſi auerſus inde animus, vt conuertatur impellitur. Verum in his omnibus dicendi generibus, elocutio. vt quintilianus ait, *quadruplici virtute debet veſtiri, ſcilicet, vt ſit emendata, dilucida, ornata, et apta.* *Quintil. lib. 8. cap. 10.*

Emendata igitur elocutio eſſe debet, quæ omnem corruptam locutionem vitet, quæ tamen à communi non abhorreat conſuetudine, nam, *miſer*, dicam cum eodem quintiliano, *& pauper orator eſt, qui nullum verbum æquo animo pendere poteſt*, quique dum nimiam elegantiam in illis quęrit pauper, miſer, ac etiã ridiculus euadit. Sanè, vt Poſsidius docet, Auguſtinus dicere ſolebat: *Malo vt me reprehendant Grammatici, quam non intelligant populi, eligens magis barbariſmis damnantibus Grammaticis intelligi, quam in mera diſſeritudine auditores deſerere.* Quare Eccleſiaſtes mutare quidem debet linguę patriæ, ſi in ea ſit illi dicendum, moleſtas voces, & phraſes corrigere, ſed ita, vt non areſcat verbis Porro Apoſtoloci prædicatores non pauci, hac noſtra floruerunt ætate in Italia, qui vix Italicè dicere norant, quos & nos audiuimus. Sanè verborum curam oſtentatam non conguere cum Chriſtiani concionatoris inſtituto Sancti omnes docent. *Poſsidius in vita S. Auguſtini. & Sixtus Senenſis in ſua Biblio verbo, Auguſtinus.*

Dilucida debet eſſe elocutio tam in verbis, quam in coniunctis, & in toto orationis complexu, adeoque perſpicua, vt ab omnibus percipi queat, quæ ſcilicet verba inuſitata, &

obſoleta à maiori imperitæ multitudinis parte non intellecta vitet, Etenim, vt Paulus ait,
1. Cor. 14. 1. *Si incertam vocem det tuba, quis parabit ſe ad bellum?* amplexeturque *propria*, & ad certam rem deſignandum inſtituta, longoque iam vſu recepta, benè ab omnibus intellecta: *ſublimia* ad res explicandas ſublimes, *humilia*, ad res explicandas humiles, *grauia*; quæ ſignificatione robuſtiora ſunt bene ſonãtia: *tarda*, ſeu procera, *aſpera*, in quibus multitudo ſit aſperiorum conſonantiarũ, & denique *integra*, quibus nihil ſit demptum, non tamen turpia, & ſordida. Quodſi aliquid tale neceſſario erit in concione exprimendum, honeſtè afferri debet, ſub figurata aliqua locutione, & verborum circumloquutione.

Ornata etiam elocutio eſſe debet, ita tamẽ vt medicamenta omnia fucati candoris, & ruboris ornatus iſte repellat. *Sit*, ait Quinti-
Quintil. lib. 8. cap. 3. lianus, *orationis ornatus virilis fortis & ſanctus, nec effœminatam lenitatem, nec fuco eminentem colorem amet, ſanguine & viribus niteat.* Sané non lenis eſſe debet, ſed grauis, non redundans, ſed moderatus, non extrinſecus adſcitus, ſed inatus, non nimio ſtudio quæſitus, ſed quaſi ſua ſponte veniens non vocatus, ita vt oratio non veniat in publicum, quaſi impudica fœmina cãlamiſtris iniuncta, & fuco impudicè picta, ſed tanquam caſta virgo natiuo colore & virginali venuſtate ſic exornata, vt nullus cognoſcat artem, quæ tunc eſſe deſinit, quando apparet, nam, vt idem ait, *vt ſit ornata locutio, non eſt neceſſe eam in verbis habere elegantiam*
Idem lib. 8. cap. 2.

vt magis verba quam rem ornatam oſtendat. Et infra: *propterea non debet quiſquam vbi maxime rerũ momenta verſantur,* vt eſt in ſacra Concione, *de verbis eſſe ſollicitus.* Nam vt Ambroſius ait: *Quod luxuriat in flore ſermonis, tenuatur, & hebetatur in fructu.* S. Ambroſ. Ludouicus Bloſius initio operum ſuorum, *Pietati*, inquit, *admodum amica eſt ſimplicitas, ſitque neſcio quo pacto, vt verba exculta cor plerumque non tàm penetrent, quam demulceant,* Sed quid? nouerunt & ipſi Ethnici, quare Seneca ad Lucullum ſcribens epiſt. 115. *Nimis*, ait, *anxium eſſe te circa verba & compoſitionem, mi Luculle, nolo: habeo maiora, quæ cures, quare quod ſcribas, non quemadmodum, & hoc ipſum, non vt ſcribas ſed vt ſentias, vt illa quæ ſenſeris, magis applices tibi, & veluti ſignes. Cuiuſcumque orationem videris ſolicitam & politam, ſcito animum quoque non minus eſſe puſillis occupatum.* Et infra: *Oratio vultus animi eſt ſi circũtonſa eſt. & fucata, & manufacta, oſtendit illum quoque non eſſe ſyncerum. & habere aliquid fracti: non eſt ornamentum virile cincinnatas.* Et idẽ alibi epiſt. 75. *Hæc ſit propoſiti noſtri ſumma, quod ſentimus loquamur, quod loquimur. ſentiamus. Non quærit æger medicum eloquentem, ſed ſanantem: ſed ſi ita contingat, vt idem ille, qui ſanare poteſt compte de his, quæ facienda ſunt, diſſerat, boni conſulet.* Hęc Seneca. Verba ſane magis Chriſtiano, quam Ethnico homine digna, & quæ à ſacro Concionatore frequenter eſſent animo voluẽda. Quod ſi eloquentiã Sanctorũ Patrum conſiderandã proponas, Reſpondeo

cum Carolo Regio libro. 4. capiet. 8. ſui Orat. Sanctitatem ſententiarum, cum ſolida, perſpectaque dicentium ſanctitate coniuncta, omnem leuitatis ſuſpicionem ab illis longiſſimè remouiſſe. Quare eſto ſanctus, & loquere, vt libet: non dubito: quin quoquommodo loquaris, ſis optimè locuturus. Contra tamen euenire vſu videmus, vt qui curioſius in facienda oratione occupantur, ij minus putẽtur de ſolida virtute ſolliciti, quod citati Scriptores probant.

Apta denique ita eſſe debet elocutio, & ita inſtituta, vt & dicenti, & audienti, & tempori, & rebus ipſis ſit quam maximè accommodata. *Dicenti*, quia non quæcunque oratio quemcumque decet, nam aliter ſenex, aliter iuuenis, aliter Paſtor, & Epiſcopus, aliter religioſus vir in multis loqui debent: aliqua enim cum decoro dicet vnus, quæ alium nõ decent. Sic Paulus Timotheum iuuenem inſtruens, *Senes*, ait, *ne increpaueris, ſed obſecra, vt patres*. Et quidem S. Auguſtinus 4. de Doctrina Chriſtiana cap. 6. ne eloquentiam quidem eam appellandam dicit, quæ perſonæ loquentis minus conueniat. *Audienti*, nam aliter cum Principe, aliter cum ſubdito: aliter cum docto, aliter cum rudi plebe loquendũ. Sanè docet Eccleſiaſticus cum viro irreligioſo tractandum de ſanctitate, cum iniuſto de iuſtitia, cum timido de bello, &c.

3. Tim. 5. 1.

Eccleſ. 37.

Temporis etiam habenda eſt ratio, eaque tractanda, quæ tempori magis congruere exiſtimantur: vt tempore triſti triſtia, & læ-

to læta. Sanè, vt Regius ait: *si quis in ſancta hebdomada vellet in concione de Chriſti Domini paſſione oſtendere omnibus lætandum eſſe: quamuis pius etiam lætitiæ affectus elici ex ea poſſit, tamen tunc tempus non eſt cum Eccleſia habeat omnia ad luctum, ad commiſeerationem, ad dolorem compoſita.* Regius in ſuo Orat. lib. 8. c. 12.

Rebus ipſis congruenter, & aptè loquetur ille, qui ad tractandum aſſumptum argumẽtum loca accommodata inueniet, & quæ ad rem, & ad propoſitum finem conſequendum pertinent, explicanda ſuſcipiet, qui ſuo loco digrediendo ad rem aptè reuertetur, lõgas digreſſiones reſecabit, difficiles, & parũ aptas quæſtiones vitabit, falſas opiniones iamdiu ſopitas non excitabit, fabellas ad riſum commouendum, vt aliqui certis diebus facere ſolent, non interſeret, verba idem ſignificantia, ad eloquentiæ opinionem occupandam, non conglobabit, ſuperuacuis Epithetis non vtetur, Sereniſſimum Dauid, Tarſenſem Paulum, &c. compellando, linguarum varietate ſuam dictionem non confundet, ac tandem qualitati rei ſe accommodans, ita ſubmiſſè, temperate, & ſublimiter dicet, vt nec aridam, nec diſſipatam, nec inflatam habeat dictionẽ, nam hæc, & id genus alia, qui non vita vitias ineptè ſemper, & frigidè dicet. Sic etiam ille aptè loquetur, qui nouerit, vbi opus ſit figuris, & tropis vti, ſententiis appoſitis, è matura mente productis: ſine aliqua oſtentatione, orationem ſuam exornare: qui in ſuis concionibus (cum po-

puli ratio maxima habenda sit) eum sermonem seliget, qui popularibus quadret ingenijs qui tandem res paucas, graues, vtiles, bene dispositas, atque perpensas, sermone sibi, & audientibus congruo dicet.

De figuris elocutioni magis congruentibus.

Capitis III. Pars Altera.

Quintil. lib. 9. cap. 3.

VErum quia opportunum, etiam & moderatum figurarum in sacris concionibus vsum, si illi subsit digna res, & sententia, habeaturque ratio rei, quæ tractatur, instar colorum in pictura esse docet Quintilianus, & ad illum multoties dum propria aliqua voce caremus, vel dum aliquid turpe vt supra diximus, explicare debemus, nos cogat necessitas, ex Beda, alijsque supra indicatis, & maxime ex Ludouico Carbone, & Carolo Regio, paucis hæc accipe, quibus etiam ad non paucorum sacræ Scripturæ locorum intelligentiam magnopere vti valeas.

Beda. lib. 11. c. 4. Carb. lib. de Rhet. Car. Reg. li. 5. Oratori Christiani.

Figuratæ locutiones præcipuæ sunt Metaphora, quæ in omnibus esse potest rebus, inter se aliquam analogiam habentibus, dum vnius vocabuli à propria significatione ad impropriam, ob aliquam similitudinem, fit transmigratio, & illa illustrior censetur, quæ ad res sensus expertes traducitur, significando in ijs aliquem motum, atque operationem viuentium, præsertim hominum: sic de mari rubro se diuina virtute diuidente,

ac ſi videns tale aliquid effecerit, & ex timore, & reuerentia diuinæ maieſtatis confugerit, quod facere homini cõgruit, *Mare*, inquit Pſaltes, *vidit, & fugit*, & alibi, frondeſcentes ſyluas exprimens, exultantes appellat, *Tunc exultabunt*, dicentes, *omnia ligna ſyluarum, &c.* Cauendum tamen eſt, ne metaphora ſit nimis dura, deformis, vel nimis à longe petita. Differt à ſimilitudine, quia non continet, ſicut illa, particulam comparatiuam, nec dicitur exempli gratia, Chriſtus eſt ſimilis viti, ſed eſt vitis. *Pſal.* 113. 3. *Metaphora in quo differat à ſimilitudine.*

Synecdoche, id eſt comprehenſio quia in parte totum, ſiue in toto pars comprehenditur: quo pacto in pſalmis, *Filiæ Tyri*, omnes gentes dicuntur. & *Reges Terræ*, Herodes. *Pſal.* 111. 44. & Pſa. 2. 2. *Iſai.* 1. 2.

Metonymia, Latine Tranſnominatio, qua vna res per aliam vicinam intelligitur, ſeu qua ponitur continens pro contento. Sic apud Iſayam: *Auribus percipe terra verba oris mei*, hoc eſt, intellige ô homo, qui terram habitas, ſeu qui contineris à terra, verba mea.

Allegoria, ſeu, vt vocat illam Quintilianus Inuerſio, eſt, qua aliud voce, aliud ſenſu exprimitur, differt à Metaphora, quod illa trãslatis per totam orationem vtatur, iſta vero miſceat tranſlata cum proprijs. Aliquando in ſolis verbis conſiſtit, vt ibi, *Non alligabis os boui trituranti*, id eſt, non negabis mercedem operario, aliquando in facto, & hiſtoria, vt patet in duobus filijs Abrahæ, quibus teſte Paulo, duo teſtamẽta fuerũt figurata. Aliquando in factis, & verbis ſimul, ſicut cum in *Quintil.* 1. *Cor.* 9. 9. *Gal.* 4. 25.

1. Reg 6.12. lib. Regum dicitur, *Erat autem Dauid rufus, & pulcher aspectu, & vnxit eum Samuel*: Quibus rebus, & verbis Christi gratia, & pulchritudo fuit significata, de quibus in Psalm.

Psal 44.3. 44. scribitur. Si tamen Allegoria nimis longè, obscureque petatur, degenerat in Aenigma, seu in sermonem inuolutum, & obscurum, in oratione omnino vitandum: nam Ænigma obscura, & ambigua est quædam allegoria.

Paræmia Latine Adagium, est Prouerbium celebre, scita quadam nouitate insigne, qualia sunt Prouerbia, & nonnula ex parabolis Salomonis.

Ironia Latine Simulatio, dissimulantia, illusio, irrisio, affinis est allegoriæ, quia & illa aliud significatur, aliud dicitur, sic Ironice

Gen.3.22. primo parenti dictum à Deo fuit, *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est*. Et Elias falsis pro-

3.Reg.18.27 phetis per Ironiam dixit, *Clamate voce maiori*, Ironiæ similis est.

Iob.c 9. Antiphrasis, quæ latine Contraria locutio dicitur, qua vsa est vxor Iob: quando viro suo dixit: *Benedic Deo, & morere*.

Matt.24.15 Anthonomasia, latine eximia appellatio, seu pronominatio, qua nomine axtraneo aliquid appellatur, sicut quando Anthichristus apud Matt. dicitur *Abominatio desolationis*, & Ecclesia Sion, & Diabolus malum &c. habet vim magnam ad laudandum vel vituperandum.

Psal. 1104. Epitheton, latine Appositum, quod substantiuo opponatur, vt Deus æternus, *miseri-*

cors,

cors, & miſerator Dominus, ſumitur ab animo, à corpore, à bonis externis, a decem prædicamentis, & ex bonis auctoribus. fit ex nominibus tum adiectiuis, tum ſubſtantiuis, & aduerbijs, vt pater optimus, pater patriæ, Maria Virgo, prudenter loquitur. Valet ad ornandum, amplificandum, & augendū: Verū ſoluta oratio non niſi parcū epithetorū vſum admittit, & tunc quando vim maximam, & emphaſim habent: Vnde non diceret: candida nix, liquida vina, &c.

Paraphraſis latinè dicitur Circuitio, quod pluribus verbis efferat, quod vno vel paucioribus efferi poterat. Sic Dauid: *Auerte*, inquit, *faciem tuam à peccatis meis*, hoc eſt ignoſce. Fit notatione, ſeu nominis etymologia, vt ſi pro Ieſu dicas Saluator mundi, definitione, vt ſi pro ſacramento *ſacra rei ſignum*, deſcriptione, vt ſi pro Paulo *Vas electionis*, &c. Pſal. 50. 11.

Sed & aliæ ſunt figuratæ locutiones, quas figuras verborum vocant, quæ in concinna verborum collatione conſiſtunt, inter quas valde frequentes ſunt.

Repetitio, qua idem verbum in eadē ſignificatione proximè repetitur ſiue in principio orationis vt apud Iob, *miſerere mini mei, miſeremini mei*, ſiue in fine, vt Paulus, *lapidati ſunt ſecti ſunt, tentati ſunt*, &c. ſiue in principio ſimul, & fine in eadem ſententia, & in diuerſis ſententijs, vt *Pſallite Domino noſtro, pſallite, pſallite regi noſtro, pſallite*, & *confiteamini Domino, quoniam bonus: quoniam in æternum miſericordia eius. Confitemini Deo Deorum, quoniam in* Iob. 19. 21. Heb. 11 37. Pſal. 46. 8.

æternum misericordia eius &c. siue quouis alio modo fiat in eadem sententia. Vide si placet Ludouicum Carbonem, qui viginti, & plures alios modos refert. A Tautologię tamen vitio, seu repetitione nugaci, quæ inopię verborum causa fieri solet à siccis, & aridis concionatoribus, valde abstinendum.

Carb. Rhet. Diui. lib. 5. c. 12.

Gradatio, qua ad augendam orationem, verborum, quæ veluti catenam, & scalam efficiunt, fit repetitio, vt apud Ioelem: *Residuum eruca comedit locusta & residuum locustæ, comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo &c.* Huic affine est.

Ioel 1. 4.

Incrementum, quo non eiusdem significationis verba coniungimus; sed per gradus ab infimis, & minoribus rebus ad superna, & maiora peruenimus, vt feciſſe Paulum legimus, cum dixit: *si charitatem non habuero, factus sum veluti æs sonans, aut cymbalum tinniens, & nihil mihi prodest, nihil sum, &c.*

1. Cor. 13. 2.

Agnominatio est quædam literarum, syllabarumque commutatio, seu translatio, detractio, & ad aliam vocem allusio, vt, Bethel fiet Bethanel, & domus Dei vertetur in Domum sceleris: non potest vir sanctus non sancte discerere: *Tu es Petrus, & super hanc petram &c.*

Correctio græcè Epanorthesis, qua tollitur, quod dictum fuerat, & aliud magis idoneum suo loco reponitur. Sic Iob, *Interroga me, & ego respondebo tibi, vel potius ego interrogabo te, & tu responde mihi.* & mulier illa Euangelica, *Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti,*

Iob 38. 3.

Luc. 11. 27.

cui Christus: *Quinnimo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.*

Diminutio, qua verbis, vel sententijs diminutius rem, vel personam nostram modestiæ causa, aut etiam persuadendi, & mitigandi gratia, extenuamus: sic Iob, *manus Domini*, inquit, *tetigit me*, pro percussit: & Abraham, *quid* inquit, *loquar ad Dominum cum sim pulvis & cinis?* Iob 19. 21. Gen. 18. 27.

Reticentia, seu interruptio, qua ob ingentem animi affectum oratio ita abrumpitur, vt altera pars non expressa intelligatur, sic Psalmo sexto Dauid *Anima mea turbata est valde, sed tu Domine vsquequo?* Psal. 64.

Antithesis latinè contentio, contrapositum, qua contrarijs opponuntur contraria, vel in verbis, vel in sententijs. Sic Paulus: *maledicimur*, ait, *& benedicimus, persequutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus.* 1. Cor. 4. 1. Psal. 4. 7.

Oppositio, qua dicta opponuntur aduersariorum, vt illis fiat satis. Sic Psal. 4. obijcit Dauid, *multi dicunt, quis ostendit nobis bona?* & soluit dicens: *signatum est super nos lumen vultus tui Domine &c.*

Synonymia, qua verborum eiusdem ferè significationis communione, siue congererie aliquid explicatur laudatur, quando sequens verbum præcedentis est interpretatio. Sic ait Christus: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex totis viribus tuis.*

Ex sententiarum verò figuris præcipuæ sunt,

Hyperbole latinè superlatio, qua res iusto

altius attollitur, seu deprimitur, non id quod verba sonant affirmando, sed animũ, cogitationemque in aliquid maius adducendo. Sic Psaltes ait, *Ego sum vermis & non homo.* Et B. Ioãnes: *quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.*

Psal. 21. 7.
Io. vlt. 25.
Psalm. 8. 5.

Emphasis, qua expressiori, quadam denotatione plus cogitandum relinquitur, quam verbis fuerit expressum. Sic ait Psaltes, *quid est homo, quod memor es eius?*

Exlamatio, qua per aliquam interiectionẽ tacitam, vel expressam, vehementiorem animi nostri commotionem significamus. Sic ait Christus: *Generatio incredula, quamdiu apud vos ero,* & Paulus, *O insensati Galatæ, quis vos fascinauit?*

Mar. 9. 19.

Apostrophe latinè auersio, qua sermone ab ijs, quibus cum loquimur, vel à re, de qua loquimur, ad aliam personam conuertimus, vel ad rem inanimatam, ac si animata esset, & rationalis per prosopopæiam, seu personæ effictionem. Sic Dauid, *Filij hominum*, inquit, *vsquequo graui corde*, & Isaias cum Prosopopæia: *Audite cæli, & auribus percipe terra, quia os Domini locutum est*, & Ieremias, *Obstupescite cæli super hoc, &c.*

Gala.
Psal. 4. 3.
Isa. 1. 2.
Ierem. 2. 12.

Transitio, qua ab vna re iam explicato, probataque ad aliam, siue tacitè, siue expresse nos conferimus, illaque adhibetur, vbi docilitate, attentione, & beneuolentia est opus. Exẽplũ expressæ transitionis est, *vidimus, quæ fugienda sunt: iam quæ facienda videamus, &c.*

Interrogatio ſimplex, qua interrogamus, vt aliquid ſciamus, vt in Actis, *Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael?* figurata, qua aliquem animi affectum, habitumque exprimimus, ſiue affirmantis, vt *Nonne Deo ſubiecta erit anima mea*: ſiue ridentis, vt *Quare fremuerunt gentes etc.* ſiue Indignãtis: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate*, ſiue admirantis: *Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum, &c.* quando vero fit cum reſponſione, vocant ſubiectionem. Sic Hier. *Paupertatem times, ſed beatos pauperes Chriſtus appellat: laborem times, at nemo Athleta ſine ſudore coronatur, &c.* Act. 1. 6. Pſ. 61. 1. & 2. 1. & 51. 1. Hier. ep. 1. ad Heliod.

Commoratio, qua circa idem diu moratur oratio, Sic Dauid, *Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem, &c. amplius laua me, &c.* Pſal. 50. 1.

Obiurgatio, ſeu antiſtrophe, hoc eſt inuerſio, quia aduerſarium ijſdem, quibus laceſſiti ſumus verbis percutimus. Sic appoſite Chananea Chriſto dicenti, *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus*, reſpondit, *etiam Domine nã: & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum.* Matt. 15. 26.

Aliæ ſunt figuræ, quæ communi vocabulo dici poſſunt deſcriptiones, quibus res, perſonas, actiones & facta qualia ſunt ita deſcribimus, vt pene ante oculos ponamus.

Proſopopœia qua res ſenſu carentes, & mutæ introducuntur, ac ſi ſenſum, & ſermonẽ haberent ſic Dauid: *Flumina*, inquit, *plaudent manu, ſimul montes exultabunt, &c.* Pſal. 97. 8.

Deſopęia qua ficta oratione mores exprimuntur, & affectus, vt ſi fingeres, quæ Iacob dixerit, cum filium Ioſephum à feris dilaniatum audiuit.

Genes. 35 20

Sermocinatio græcè Dialogiſmus, qua quis ſecum diſputans, quid ſibi agendum ſit, cogitat, vel qua apta cuique perſonæ tribuitur oratio, vt ſeni militi, viro ſapienti, & qua perſonam loquentem fingimus, aut introducimus, ita ſapiens: *Dixerunt* inquit, *impij cogitantes intra ſe non rectè: exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ &c. Venite ergo &c.*

Sapient. 2. 1.

His, alijs que huiuſmodi figuratis locutionibus, quibus deſcribuntur res, actiones, perſonæ, mores, &c. vtetur Sacer Concionator, non vt eloquentiam in rebus vanis exerceat, & vulgi auribus pruriendo in deſcribēdis auium cantibus, canum vocibus, ventorum ſibilo, grandinis ſtrepitu, curruum fragore, tubarum ſono alijque ſimilibus vanitatibus inutiliter tempus inſumat, id quod vel in ipſis Poëtis irridebat Plato, ſed vt in deſcribendis probis, honeſtiſque hominum actionibus, martyrum pugnis, virtutū gloria, peccatorū miſerijs, Dæmonum tentationibus, impiorum pœnis, alijſque id genus ad ſalutem animorum ſpectantibus concionem ſuam ita validam, & efficacem reddat, vt audientium animi à vitijs penitus deterreantur, & ad Chriſtianas virtutes, æternamque ſalutem acquirendam excitentur, & compellantur.

Plat. lib. 3. de Rep.

De Amplificatione. Caput IV.

QVoniam verò ad imperitam multitudinem delectandam, alicienda, commouendam, & trahendam Sacro Concionatori haud sufficit strictis aggressionibus disposita, & ornata argumenta proponere, sed expandi debent, vt Quintil. docet, & laxari: nã, *feratur*, inquit ille, *oratio nõ semitis, sed cãpis non vti fontes angustis fistulis colligatur sed vti latissimi amnes totis vallibus fluat, ac sibi viam, si quando non accepit, faciat*, postquam vidimus de Inuentione, dispositione, & elocutione, superest hoc loco, vt aliqua de amplificatione videamus, quæ sanè nihil aliud esse videtur, vt Carbo ait, quam quædam grauior affirmatio, quæ motu animorum consiliat in dicendo fidem, Tunc itaque concionator amplificare dicetur, quando tum verbis, tum rebus, auditores magis afficiendo argumenta dilatabit, non quidem vt efficiat res minores, maioresue apparere, quàm per se sint: nam in hoc Rhetores olim laborabant, qui auditorum iudicium corrumpere, atque à recto abducere cupiebant, sed vt res talis, ac tanta ab omnibus agnoscatur, qualem, & quantam par est illam agnosci: quod profectò nihil est aliud, quàm homines abberrantes ad prudens, syncerúmq; iudicium reuocare. Sic opportunè dicimus artificium amplificationis à sacro adhiberi cõcionatore, quãdo probabile cẽset auditores de proposita quęstione nõ satis rectè iudicare posse, vt valeãt

Quintil. lib. 5. c. 4.

Carbo lib. 4. Rhet. c. 4.

cognoscere, quanta quæque res sit: sic etiam optime exaggerari odium proximi, contumeliam, periurium, rixæ, datum, offendiculum, quæ passim, & impune quia committuntur, non qualia sunt, vulgus existimat.

Conferunt ad amplificationem non modo proprie, sed etiam figuratæ verborum, & sententiarum locutiones, de quibus supra sicut etiam loci omnes, è quibus argumenta ad probandum, seu confirmandum supra elici posse diximus, eo quod amplificatio ab ipsa confirmatione parum differre videatur.

Verum amplificationi potissimũ inseruiunt

Primo *Definitio*, siue descriptio, dum varijs attributionibus conglobatis res describitur, & explicatur. Sic B. Iudas hæreticos describens: *hi sunt*, inquit, *in epulis suis maculæ conuiuantes, sine timore, semetipsos pascentes, &c.*

B. Iud. epist. vers. 12.

Secũdo, *Diuisio*, siue *partitio*, dũ genus, vel totũ in species, siue partes diuiditur. Sic Psaltes, *simulac. gentiũ argẽtum, & auriũ, &c. os habẽt, &c.*

Psal 113.12.

Tertio, *Partium enumeratio*, dum partes, quæ rei conueniunt, numerantur. Sic Paulus *Charitas*, inquit, *patiens est, benigna est, &c.*

1. Cor. 14.

Quarto, *Rei causæ*, dum vnius aliquæ rei plurimæ enumerantur causæ, vt Passionis Christi Diuina charitas, peccati turpitudo, sæuorum hominum rabies, &c.

Quinto, *Effectus*, dum plures enumerantur effectus, qui nos ad aliquid faciendum inducant. Sic laudandum Dominum prædicat Dauid, *Quoniam*. inquit, *confortauit seras portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te. Qui*

Psal. 147. 13

posuit fines tuos pacem, &c.

Sexto, *Similia*, & exempla, dum ad rei explicationem in vnum coaceruantur, vt Ieremias. *Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphiro pulchriores, & sapiens: Omnia illa transierunt, tamquam umbra, & tamquam nauis, & tamquam nuntius &c.* Thren 4.7 Sapien.5.10

Septimo, *Circumstantiæ*, dum rerum particulares, & indiuiduæ circumstantiæ numerantur. Sic S. Basilius martyrum pœnas, & necem ampliat à loco, vbi fuerunt interrempti, Iudice, à quo fuerunt adiudicati, ministris, amicis, vel inimicis, à quibus fuerunt suppliciis affecti, &c. S. Basilius.

Deseruiunt etiam amplificationi Parabolę, Apologi, Comparationes maiorum, minorum, parium, & imparium, Ratiocinationes, Descriptiones rerum, personarum, cogitationum, dictorum, sermocinationes &c. & omnes penè sententiarum figuræ supra enumeratæ.

Sanè ille amplificabit appositè, qui pauca illa testimonia scripturę Sacræ, quæ prompserit, & dicta Patrum selectiora, quæ atulerit, non cursim attinget, sed in partes deducta ponderabit, qui, quod iam monuimus, dederit operam, vt in dicendo maiora minoribus succedant, & vt sensim ascendendo, vires acquirat oratio: qui argumētis à minori ad maius familiariter vtetur: qui denique tria bonorum genera honestum vtile, & delectabile frequenter producet. Quibus omnibus affe-

De affectibus excitandis.

ctus, ad quos excitandos maximè amplificatio dirigitur, sunt adiungendi, cum illi, vt supra diximus, orationem efficacem reddant, idque modo comminando, modo obsecrando, modo contestando &c. sicuti Prophetas & Apostolos fecisse legimus. Nam qui non aliter docent in templo, atque solent professores in scholis, sicut benè docet Villauincentius, haud fieri potest, vt magnorum fructuum spiritualium auctores sint, & perpauci, aut nulli conspiciuntur talibus inducti concionibus ad resipiscentiam, & vitæ emendationem. *Probet*, inquit S. Aug. de Sacro Concionatore loquens, *vt instruat, delectet, vt teneat, moueat, vt vincat.* Et Quintilianus, *huc*, inquit, *incumbat orator, hoc opus eius, hic labor est, sine quo cætera nuda, ieiuna infirma, & ingrata sunt: adeo velut spiritus operis, huius, & anima est in affectibus.* Sic ex Euangelio, siue ex Scriptura, quam Concionator exponit, vel materia, quam tractat, id amplificare, & magis exaggerare debet, quod sibi ad mouendum magis idoneum visum fuerit, vt sunt amor Dei, timor diuinæ iustitiæ, virtutis item amor, vitij odium. Et quidem amorem Dei excitabit consideratione immensæ eius bonitatis, Charitatis, mansuetudinis &c. Diuinæ iustitiæ timorem, peccatorum proponendo multitudinem, grauitatem &c. incertam vitæ conditionem, mortis ineuitabilitatem, diuinorum iudiciorum abyssum, rationis reddendæ cogitationem, extremi iudicij formidabilem seueritatem &c. Virtutis amorem, eius proponendo honestatem, pulchritudinem

Villauinc. de forma. conc. lib. 1 c. 24.

S. Aug. de Doctr. Christiana lib 4. c. 13.

Quintil. lib. c. 2.

&c. Vitij odium, eius conſiderando deformitatem, turpitudinem &c.

Sanè, vt Philoſophus ait, affectus partim magnitudine rerum, partim earumdem præſentia oculis ſubiecta concitãtur, & illud quidem amplificatione, iſtud vero fit deſcriptione rerum, perſonarũ &c. vt in Prophetarũ lectione paſſim obſeruare licet. Porro locũ aſſumptũ copioſius, & ardentius pertractabit, ſi non tantum auditorum cauſam, ſed ſuã quinimo, & Chriſti, & Dei ſe agere conſiderabit: & efficacius aſſequetur, quod optat, ſi argumẽta ex ſcripturis diuinis, aut certè ex Sanctorũ Patrum monumentis, quantum fieri poteſt, ſumpſerit, illaque exaggerabit, & Amplificabit.

Quando vero affectus commouendi ſint, ipſa prudentia Concionatorem docebit. Sanè vniuersè loquendo, in exordio, & narratione remiſſius, in confirmatione vero, & argumentorum præſertim grauium exaggeratione, vehemẽtius fieri debet, vbicumque tamen ſe ſe commoda offert occaſio ſunt excitandi, cum motus veluti ſanguis debeat eſſe in toto concionis corpore fuſus, cuius tamẽ color in vna parte magis, in alia minus apparere debet. Sed illud ad permouendos animos maximè Cõcionatorẽ iuuabit, ſi ipſe, qui mouere alios intendit, vehementer commoueatur: nam illud certiſſimum Gregorij dictum: *res, quæ, in ſe non ardet, aliam non accendit*: vt enim nulla materies tam facilis ad exardeſcẽdum eſt, quæ, niſi admoto igne, ignem concipere poſſit, ſic nulla mens eſt, tam ad comprehendendum vim

Greg. 1. moral. c. 26.

orationis parata, quæ possit incendi, nisi inflammatus ipse ad eam, & ardens accesseris. Quare cauere debet Ecclesiastes, ne se ipsum multum excruciet in perquirendis modis insolitis, quib. auditorum affectus ad gaudium, mœrorem, amorem, timorem, lachrymas &c. commoueat, sed potius eniti debet, vt ea, quorum odium, & fugam persuadere intendit, ipse oderit, & fugiat, & quorum amorem, ac desiderium ingenerare cupit, ipse amet, & optet: ita vt dicturus, exempli gratia, de mundi contemptu, internis actibus enitatur mundum aspernari: de Patientia, statuat quicquid triste ingruerit, æquo animo perferre: de fuga, odioue peccati, intimum culpæ odium concipiat &c. Sanè tali pacto, absque tædio prolixę doctrinæ, quam de amplificatione, & ratione mouendorum affectuum, scriptores nonnulli exiguo cum emolumento tradunt, pręclarus euadet amplificator, & affectuum excitator.

De Memoria. Caput V.

VErum, quia ad aptè, & vtiliter coram multitudine auditorum dicēdum, haud sufficit Sacrum Concionatorem, adinuenisse pro concione materiam, benè adinuentam disposuisse, cum decoro ornasse, & amplificasse, nisi memoria polleat, non absre fore, duximus, si quæ alij de memoria iuuanda, & excolenda pluribus scripserunt, paucis disseramus. Et quidem naturalis memoriæ tractationem Medicis, & Physicis relinquintes,

nam & quis mihi ſacrarum literarum ſtudioſo crederet, ſi pomum odoriferum pro memoria cum Medicis ſic ſtatuerem. Recipe radicum Iridis drac.1.medi. Seminis ſeſeli ideſt ſileris montani, ſtichadis ana drach. 2. nucis moſchatæ drach.med.mentæ drach.1. ambari (vulgo ambræ)thuris,calamenti,ſtyracis,ligni alois ana drach. med.ladani quantum ſufficit, & fiat pomum ſecundum artem ? Vel ſi, quod tradit Symeon Sethi,aſſererem, fel perdicum arteriis temporum appoſitum,vt penetret, ſemel in menſe, ad memoriam confirmandam prodeſſe plurimum ? Vel maſticationem maſticis,cum modico Zingibere, factam ieiuno ſtomacho, ab humiditate flegmatica ſine moleſtia caput purgare, indeque præpeditam confortari memoriam ? Sanè ſi hæc,& ſimilia,quæ medici tractant, aſſeuerare tentarem pro optimis medicamentis naturalibus, licet illa grauiſſimi auctores tradant, Sutor,vt dicitur, vltra crepidam, non ſine temeritate iudicarem:quare huiuſmodi, & alia medicis relinquentes, de artificioſa memoria hæc ſtatuamus. Eſt artificioſa memoria facultas arte, & exercitatione acquiſita, qua cito res comprehenduntur,firmiter retinentur, & facilè promuntur, quæ ſi ſcriptoribus huius artis credimus,ex locis veluti ex cera ,aut tabella,& imaginibus, veluti figuris literarum conſtat. *Cic.2.ad Heren. Quintil.lib. 11,c.2.*

Sunt loca imaginum ſedes,quæ arte notabiliter ſtructa eſſe debent, vt ſunt feneſtræ, ianuæ, columnæ, anguli, fornices, altaria,

ſepulchra, ſtatuæ, picturæ, & alia quæ his ſunt ſimilia, vel etiam natura, vt ſunt rupes, colles, fontes, fluuij, horumque ſimilia, vel tandem arte, & natura mixta, vt ſunt in antro columna, feneſtra in rupi &c. Debent etiam loca eſſe *ordinata*, ne imagines cum illis confundantur: *mediocriter lucida*, à meridie in Septentrionem vergentia, quia lux nimia mentem vagam reddit, ſanè extrema imaginatiuæ virtuti obeſſe, oculorum, & aurium argumento compertum eſt: *mediocriter diſtantia*, nam ſicut literæ nimium cõculcatæ, & ſyllabæ nimium expreſſæ, vel compreſſæ, labore nimio ſenſus, mentemque affligunt. ita loca, ſi mediocri diſtantia careant, à decem ſcilicet in viginti paſſuum, *forma diſſimilia*, nam ſi plura, verbi gratia intercolumnia ſumantur pro locis, eorum ſimilitudine mens conturbatur, nec facilè reminiſcitur, quid in ſingulis intercolumniis ſit collocatum, niſi per aliquam figuram eis ſuperadditam, notabiliter diſſimilia reddantur *firma*, & *remota*, quia aditus, & reditus, peruagatio, & frequens hominum concurſus, cogitationem noſtram deludit: & tandem debent eſſe *multa*, vt multa in eis locari poſſint. Cicero centum illa eſſe debere iudicat, S. Thomas Aquinas plura habenda conſulit.

Sed quibus illa artibus acquirantur, nullus eſt certus modus. Finxit ſibi Cicero familiarem domum, locis diſcretam multis, placuitque illi inter locorum quinaria, manum aream, vel aliquid aliud fingere, quo alterum ab altero ſecerneretur, in eiſque ordinem ha-

Cic. vbi ſup. *S Thomas Aquinus.* *Cic. vbi ſup.*

bere immobilem, ſemper dextra ingrediendo, & egrediendo.

Sed illorum mihi ars optima cenſetur, qui iuxta Portæ monita, locum ſibi vniuerſalem deligunt, Regiam ſcilicet, vel amplam domum ab ipſis non infrequentatam, vel etiam Eccleſiam, quæ veſtibula habeat, porticus, areas, valuas &c iugi conſequio ſe perſequentia, & loca in illa numerant, ſemper cum Cicerone à dextera ad ſiniſtram procedendo, perſonasque locis accommodant, quas cariores magisque cognitas habent, forma, vel deformitate notabiliores, nec non mimos, mulieres, comicos, circulatores, infantes, ancillas, pueros, puellas &c. omnes officio, & forma inter ſe diſſimiles, & quidem mixtim, & inter ſe confuſas, dummodo loca repleant, illasque terga parietibus vergentes collocent nudatas, & brachiis extentis, pendulisque vt ad quaſcunque actiones cõfigurandas, paratas habeãt, ita locis accommodant, & tandiu contemplantur, donec illarum nullo negotio reminiſci valeant. Imagines vero, quæ rerum, ſiue verborum, ſunt ſimilitudines, ſiue illæ ſimplices ſunt, quę vnica perſona comprehenduntur, ſiue compoſitæ, quæ pluribus negotium exprimunt, tali ſibi arte comparant. Si hiſtorię, exempli gratia, vinculorum S. Petri reminiſci volũt, loci perſonam, quam aſſumunt, dormientem inter duos milites, duabusque catenis vinctã in carcere poſitam effingunt. Si vero hiſtoriæ, in qua plures perſonæ neceſſario introducantur, illam in

Porta in libello de arte reminiſcendi

rerum compendium inducunt, locorumque personis ita accomodant, ac si rem vel narrarent, quæ nos narraturi sumus, vel actione significarent. Humilitatem deiecto capite notant, supino arrogantiam, in latus inclinato, languorem, prędduro, ac rigenti, quandã mentis barbariem, pressa fronte, ceruice languida, mœrorem, vultu, & oculo intumescente, ac rubente, iram: quod de alijs etiam rebus faciunt, quæ gestu exprimi possunt: nec non Hieroglyphicis Ægyptiorum, quæ in libris Ori Apollinis, & recenter Pierij Valeriani videri possunt, memoriæ succurrunt, per Leonem, exempli gratia, animi vim denotant, per eius caput vigilantiam, per eundem catulos discerpentem, indomitum furorem, per Leænam, meretricem, per Simiam, febrem, per Elephantem, Africam &c.

Demum à contrariis etiam recordantur, nigro colore, candidi, infirmitate, sanitatis, fœlicitate, miseriarum &c. In maximo enim calore, facilè frigus se se menti offert: sic populus Israel cum venisset in desertum Sin, & opprimeretur famè, recordabatur, quando erat in Aegypto sedens super ollas carnis, comedens panem in saturitate.

Verborum vero imagines, si verba imagines, & configurationes suas habeant, & materiales res aliquas designent, vt sunt tabulę, quę planum lignum, lapis, quæ calcem, vel marmor, vel cretam notant, à proprio recordantur, & rei imaginem in primæ personæ manibus accommodant, quo pacto ætati, indoli,

indoli, officio, & moribus ipsius magis conuenire censent: sic, exempli gratia, dum voce *Auis* reminiſci volunt, ſi ea puero contingat, configurant loci puerum, auem illam ita tenentem, ac ſi filo alligatam illam auolare faceret, quod ſæpius tale quid pueros agere cognoſcant. Si coquo, auem aſſantem illum configurant. Si vero reminiſci velint *Tauri*, & robuſto eueniat Iuueni, loci perſonam eo geſtu confingunt, quemadmodum ſæpius Herculem cum Acheloo luctantem ſe vidiſſe memorant. Si *Virginis* illam ſuper eum ſedentem configurant, ludentemque &c. Sic de ſingulis vocibus, quæ à proprio configurari poſſunt, efficiunt, illudque ſemper maximè curant, vt configurationes nouæ ſint, admirandæ, raræ, gratę, horribiles, maximæ, coloratæ, ſplendentes, ac extraneos geſtus imitantes, docet enim natura memoriam maximè commoueri, non à re vulgari, & vſitata: ſed an noua, maxima &c.

Verborum vero, quæ configuratione carent, recordantur, dum ea collocantes, ſimulachra propinqua, & affinia illis tribuunt, ſi non in toto, ſaltem in parte, ex ſcriptura, vel modo, quo literæ iacent, caracteres alterando, vel ſyllabas verborum conſtituentes, quibus configurari illa poſſint.

Primo, *Addendo*, exempli gratia, verbi, *Num*, A, & legunt Annum, dumque loci perſonam in vetulam figurant, *Num*, verbi recordationem habent: verbo, *Fuit*, addunt R, in medio, & legunt *Furit*, ſuoque loco imagi-

nem furentem configurant, voci *fineſtram*, addunt, & legunt *fineſtram*, illamque in perſonæ manu collocant, & ſic de reliquis.

Secundo, *Minuendo*. Sic à verbo, Color, C. dementes, legunt Olor, eiuſque figuram in manu perſonæ loci collocant. A verbo *Amarum*, demunt, *ma*, & *arum* herbam in manu perſonę dum collocant, amarum intelligunt. verbi, *ſolemus* recordantur, *ſole* tollendo, & *mus* in manu perſonæ ponendo &c.

Tertio, *Tranſponendo ſyllabas*, aut elementa dictionum. Sic dum *Roma* dictionis meminiſſe volunt, literas omnes permutantes legunt, *amor*, & in manu perſonæ, Cupidinis imaginem ponunt, dum dictionis, *Altus*, literam, L, in primo loco ponunt, & latus legentes, loci perſonam latum ſibi tangentem fingunt &c.

Quarto, ex *mutatione ſyllabarum*, & *Annominatione*, quo ſanè modo in memorandis dictionibus commodiſſimè vtuntur. Sic dum *Oratorem* commemorare volunt, *Aratorem* in ſedibus figurant, & pro dictione *Nex*, *Nix* collocant, pro dictione etiam *diligere*, *deligere* legentes, loci perſonam ſemina deligentem fingunt, & ſic de ſingulis.

Alterationum vero recordantur, configurationem notantes capite, vel pedibus in ſui aliqua parte diminutam, vel auctam, vel commutatam, prout illis vocem alteraſſe contingit. In tranſpoſitionibus imagines conuertunt: in commutationibus aliquid de eis commutant.

Demum ſibi eligunt verba, quæ ægrius figurari poſſunt, nec piget eorum ſingulis aliquas materiales notas apponere, vel à ſimili, vel à diſſimili, vel à cõtrario, vel alio meliori modo & libro notatas memoriæ mãdant, vt illas in promptu ſemper habeant. Sic ſtatuunt verbi cauſa ingentem cucurbitam dicere *Quoniam*: malum peponem, *Poſtea*: Cydonium, *Ab*: pomum *per*, &c.

Vt verò literarum, & numerorum reminiſcantur, eorum quamplurimas ſibi fabricant imagines. Sic A, exempli gratia, gnome, vel circinno figurant: B, iugo Bouis: C, lebetis manubrio, cornu, vel Luna deficiente: D, capite Bouis: E, Anchora, vel arcu cum ſagitta: F, falce vineatica, cuius apex in roſtrum flectatur, recta percurrens ad manubrium; ſupra alter mucro, vel acinax: G, Grue in ſe retorto: H, falce conuerſa: I, cultro, piſce, ſagitta: L, ſecuri: M, Tripode, vel Tridenti: N, Equi ſolea, vel bidenti: O, circulo, corona: P, baculo Epiſcopali: Q, Calcari, vel forcipis parte altera: S, ſerpente: T, malleo: V, nouacula, aut conuerſo circinno: X, forcipe tota ſutoria. Quo pacto etiam numeros figurant, nullitatis, videlicet, notam circulo, vel pepone: 2, falce meſſoria: 3, arcu Turcico ſine chorda: 4, arboris ramo in illius formam conuerſo: 5, ſerpente: 6, Epiſcopali baculo: 7, Herbaria falce: 8, ſpecillo ſine vitro: 9, inuerſo Epiſcopali: quæ omnia perſonis, figurisque accommodant, prout magis ſibi viſum fuerit.

Hæc breuiter adnotare volui, vt conijciat Eccleſiaſtes, quid ſibi illa prodeſſe poſſint, quę de artificioſa memoria tradũtur: & illis etiam vtatur, ſi ingenium ſuum id ferat. Omnib. certo certius proderit, dicenda penitus intelligere, intellecta in ordinem redigere, & poſtremo ſubinde repetere, quę meminiſſe velit Eſt enim ratio indiſſolubile veritatis, & memoriæ vinculum: nam cum in proportione quadam conſiſtat, ſi quid vnum acceperis, reliqua continuo, neceſſaria quadam vel naturæ, vel artis continuatione ſequuntur. Vnde rectè dicit Philoſophus, quæ bene inuicem ordinata ſunt, benè reminiſcibilia ſunt, quæ vero malè, difficulter in memoriam reuocantur: neque enim decet ſacrum Concionatorem verbis addictum eſſe, quod quæ memoriter pronuntiantur, non poſſunt cum ea vi proferri qua opus eſt, neque auditorum animis benè imprimi, maximè cum vitia reprehenduntur, & vnius verbi obliuio, vel deformem hæſitationem, vel etiam ſilentium non infrequenter inducat, cum haud facilè eo in loco aliud reponatur verbum, vbi aliud appoſitum fuerat, vt omittam nonnulla alia, quæ exiſta nimia ſeruitute oriuntur, incommoda recenſere.

Philoſoph. 4. Rhet.

Sanè illud erit peraccommodum, veſpere ante ſomnum tacitè ſummam concionis percurrere, & eandem tempore matutino recolere, quando liberior à curis eſt animus, & recens viribus, & corporis etiam habitus ad obſequendum valde accommodatus: locumque

deligere fermè ſolitarium ab ſtrepitu, & interuentoribus ſegregatum. Quod ſi aliquid memoriæ verbatim eſt committendum, rectè Quintillianus admonet, vbi longior oratio ſit, ediſcendum per partes, quæ tamen nō ſint perexiguæ, ne nimis multæ ſint, quas deinde repetitus ordo confundat, nec debet memoria fatigari, ſed interponi aliquod tempus, quo recreetur. *Quintil. lib. 11. cap. 20.*

Proderit etiam, vt Regius obſeruat, in membranis, vbi concionem ſcripſeris, capita rerum ad marginem adijcere literis claris, vel etiam in breue compendium totam concionem colligere, tantum capita excerpendo, & numeris ſignando, beneque perpendere, quæ ſub vnoquoque numero capita, puncta, & rationes habeantur. *Regius lib. 8. cap. 20.*

De *Pronuntiatione*, *ſiue Actione*.

Cap. VI.

CVm, teſte Quintiliano, haud tanti referat, qualia ſint, quæ intra nos ipſos compoſuimus, quam quomodo efferantur, nam ita quiſque, vt audit, mouetur, de Pronuntiatione, ſiue Actione, nam, vt idem ait: *Pronuntiatio à plerisque actio dicitur, ſed prius nomen à voce, ſequens à geſtu videntur accipere*: reſtat, vt aliquid pro noſtro inſtituto dicamus. Sanè, eodem Quintiliano teſte, in Voce, ſiue Pronuntiatione natura, & vſus, maximè conſideranda videntur. In natura quantitas, & qualitas. In quantitate, an grandis, vel *Quintil. lib. 11. cap. 3.*

exigua, vel inter has extremitates media. In qualitate, an candida, fusca, plena, exilis, lenis, aspera, contracta, fusa, dura, flexibilis, clara, obtusa. In vtendi modo, vt ea sit pro varietate rerum, acuta, grauis, flexa, intenta, remissa, leuis, concitata. Sed quia, vt idem docet, eadem est pronuntiationis ratio, quæ ipsius orationis, pronuntiatio, sicut & oratio, emendata esse debet, dilucida, ornata, & apta.

Emẽdata, quæ non sit rustica, peregrina, absurda, rudis, immanis, dura, rigida, vana, præpinguis, tenuis, inanis, acerba, pusilla, mollis, effœminata, spiritu breui parum durabili, receptu difficilis.

Dilucida, quæ verba tota exigat, quorum pars deuorari, pars destitui ab aliquibus solet, dum priorum sono indulgentes, extremas syllabas non proferunt: quamquam, sicut est necessaria verborum explicatio, ita omnes computare, & velut annumerare literas, molestum, & odiosum.

Distincta, quæ vbi oportet, incipiat, & desinat, quæque sermonem, vbi opus sit, suspendat, & vbi opus sit, deponat.

Ornata, cui vox sit facilis, magna, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans aëra auribus insidens: *Mediis*, ait Quintilianus, *vtẽdum sonis, hique, cum augenda intentio est, excitandi, cum submittenda, sunt temperandi: prima est obseruatio recte pronuntiandi æqualitas*, conformandamque, vocem admonet, ne ab oratione discordet, vitandam illam, quæ Græcè

Quintil. vbi supra.

μονοτονία vocatur, vnam quamdam ſpiritus, ac toni intentionem, non ſolum ne dicamus omnia clamosè, quod inſanum eſt, aut intra loquendi modum, quod motu caret, aut ſubmiſſo murmure, quo etiam debilitatur omnis intentio: ſed vt in ijſdem partibus, ijſdemque affectibus, quibuſdam non ita magnis vocis declinationibus vtamur, prout, aut verborum dignitas, aut ſententiarum natura, aut depoſitio, aut incœptio, aut tranſitus poſtulat: vt qui ſingulis pinxerunt coloribus, alia eminentiora, alia reductiora fecerunt, ſine quo ne membris quidem ſuas lineas dediſſent: Nec vocem vltra vires vrgendam, nam & ſuffocata ſæpè, & maiore niſu minus clara eſt, & interim eliſa in illum ſonum erumpit, cui Græci κλοσμὸν nomen, à gallorum immaturo cantu dederunt: Nec volubilitate nimia confundenda, quę dicimus, qua & diſtinctio perit, & affectus, & nonnumquam etiam verba aliqua ſui parte fraudantur: cui contrarium eſt vitium nimiæ tarditatis. Quare *Promptum ſit*, ait, *os non præceps: moderatum, ſupra. non lentum, &c.* Spiritus quoquè ne crebro receptus concidat ſententiam, curandum admonet, nec eo vſque trahendum, donec deficiat: *nam*, inquit, *etiam deformis eſt conſumpti illius ſonus, & reſpiratio, ſub aqua diu preſſi ſimilis, & receptus longior, & opportunus, vt qui fiant non vbi volumus, ſed vbi neceſſe eſt.* Quare dicturis longiorem periodum, præcipit vt colligant ſpiritus, ita tamen, *Idem vbi*

vt neque diu, neque cum ſono id faciant, illosque reprehendit, qui ſpiritum cum ſtridore per raritatem dentium non recipiunt, ſed reſorbent, qui crebro anhelitu, & introrſum etiam clarè ſonante imitantur iumenta onere, & iugo laborantia, qui denique quaſi canticum cantant, quo nihil minus Oratori conuenire docet.

Apta pronuntiatio illa tandem dicitur, quæ ijs, de quibus dicitur, accommodatur, quę ſcilicet in rebus eſt lætis plena, ſimplex, & hilaris: in certamine erecta: in ira atrox, & aſpera: in blandiendo, fatendo, rogando, ſatisfaciendo, lenis, & ſubmiſſa: in ſuadendo, monendo, pollicendo, & conſolando, grauis: in metu, & verecundia conſtracta: in adhortendo fortis: in diſputando volubilis, concinna, contracta: in miſeratione flexa, & flebilis: in egreſſionibus fuſa: in expoſitione, ac ſermonibus recta: in magnis affectibus elata: in compoſitis ſubmiſſa: in proœmio plerumque lenis cum geſtu moderato: in narratione apertior: in confirmatione agilior, acrior, & inſtantior: in propoſitione, partitione, & interrogatione ſermoni proxima: in egreſſione lenis, dulcis, & remiſſa: in epilogis, ſi vtimur enumeratione, conciſa, continens, ſi concitamus, nunc intenta, nunc remiſſior, nunc plenior, ſi placemus, inclinata, & lenis, ſi miſerationem excitamus, flebilis: quæ tandem in tota concione, partibus eius, rebus, perſonis, & ſententiis eſt conueniens.

Geſtus, qui totius eſt corporis, & partium

eius, pro rerum animo conceptarum, & elocutionis, & affectuum varietate, moderatio cum venustate: siue naturalis ille sit, siue artificiosus, cum animo, & vocibus conuenire debet. Quare eam habendam esse sacro Concionatori rationem docent, vt ascendendo in suggestum, sedatè ascendat, Altari profundè, populo aliquantulum caput inclinet, mitique simul, ac graui intuitu lentè circumspiciat, signo Crucis se muniat, &c. illudque grauiter, & comiter obseruet, quod decenti ritu introductum, & obseruatum ab allijs nouit. Sedat, vbi leuiter oratio decurrit, præsertim vbi docetur populus, siue instruitur: modestè surgat, stetque recto corpore, absq; colli erectione, vt virilem synceritatem repræsentet, vbi affectus inualescunt, acriterue dicitur, compositè se in latera moueat, necessitate cogente. Accubitum in suggestu vir prouectus, moderatè vsurpet, *Numquam*, ait S. Carolus, *in suggestu corpore innitatur, sed rectus stet, aut sedeat.* Dum familiariter dicitur, non saltitet, nam abesse à saltatore plurimùm verbi Dei minister debet. In actione caput habeat rectum, nam deiectum humilitatem, supinatio arrogantiam, inclinatio in latus langorem, rigor barbariem ostendit, nec flectat in latera, nisi vertatur & corpore, nec illud leuiter circumagat, quasi esset porta in cardine, sed cum modestia, & grauitate. Vultum, oculos, genas, nares, &c. aptet gestibus, sententijs, & rebus, quas tractat: brachia non vltra caput extollat: manus cum

S. Carolus *in instructione prædicatoris, in fine Actorum Ecclesiæ Med. p. 4.*

decoro non ad verba, ſed ad ſenſus moueat leuiter, & cum paruis interuallis, pandatæ, parcè, & timidè loquentibus ſunt aptæ, modicè ſupinatę, admirationi conueniunt. Siniſtra ſola parciſſimè vtatur, ſed cum dextra aut diſtinguat, aut abominetur, earumque frequentes complosiones vitet, & importunos ſtrepitus. Digitos non iactet, ac diſparet, vt dici poſſit, ait Regius, *Digitis micat ille triſulcis.* Brachia cum acriter, & vehementer agit, proijciat, contrahat vero, cum verecundè, & leuiter: non vno tantum vtatur, tanquam alterum debile ſit, nec crebrius ſuggeſtum ferit, niſi in re graui, & atroci, pedum opportuna, breui, moderata, & rara percuſſione vtatur, ſicut etiam modica ſupploſione in principio, aut fine contentionis.

Reg. lib. 8. cap. 26.

Caueat tamen Concionator verbi Dei, ne artificium oſtentet, leuitatisque incurrat, notam, pietatique tali pacto auditorum detrahat, ſciatque nimiam geſticulationem a deo in ſacro Concionatore diſplicere, vt referat Euſebius Cæſarienſis Paulum Samoſatenſem in quodam Concilio in Aſia habito, grauiſſimè accuſatum fuiſſe, quòd in concionibus habendis dexteram immoderatè iactaret palmâ femori illideret, pede ſuggeſtum percuteret; Sophiſtam denique è ſchola Rhetorum, oratorem potius, quam Eccleſiæ Doctorem ſe præberet.

Euſeb. Cæſarien.

Quare ſciat non aliter loquendum, agendumque ſibi eſſe, quàm ipſa natura doceat, eo nimirum modo, quem nullo docente natura

ipſa tribuit; nam toto cælo errant, qui aliam pronuntiationem in concione requirunt, quã eam, quam homines natura docuit; remotis tamen vitijs, quæ in natura minus bona cernuntur. Vnde Quintilianus, *Norit*, inquit, *ſe quiſque, nec tantum ex communibus præceptis, ſed etiam ex natura ſua capiat conſilium formandæ actionis.* Illud tamen diligenter animaduertere debet, quod idem docet videlicet in geſtu haud perſequendas eſſe omnes argutias; nec in loquendo diſtinctionibus, temporibus, affectionibus moleſtè vtendum; Quare non immeritò reprehendit pronuntiationem multuoſam, & geſticulationibus moleſtam, & vocis mutationibus reſultantem. Sed iam recepta eſt actio paulò agitatior, quin etiam exigitur, & quibuſdam partibus conuenit, ita tamen temperanda, vt dum actoris captamus elegantiam, non perdamus viri boni, & grauis auctoritatem. Sanè vniuersè loquendo illa pronuntiationis eſt regula ſeruanda, vt quiſque ita dicere ſtatuat, & conetur, vt ipſa nos docet natura in quotidianis ſermonibus loqui: cum ſanè haud aliter concionari debeamus, ac loquimur; niſi elata magis voce, curaque maiore ad amplitudinem loci, & auditorum multitudinem: *Quamobrem*, ait Regius in ſuo Oratore *magnus poteſt meritò iudicari error deprauare vſum loquendi, quem à natura ſumus edocti magiſtra, cum iuuari ab arte natura, ac perfici debeat, non vitiari*, ſanè multos idẽ ſe animaduertiſſe docet, boni ingenij viros, qui ſi naturam ſecuti eſſent, facillimo

Quintil. vbi ſupra.

Quintil. vbi ſupra in fi. cap.

Reg. lib. 1. cap. 2.

negotio optimè pronuntiassent, qui multo labore nihil aliud didicerunt, nisi perdere, quod habebant boni, multumque in voce, & gestu peccare.

Regius vbi supra.

Quare si vis appositè, & aptè pro suggestu dicere, *Audi*, inquit, *& observa homines in foro inter se loquentes, audi ipsas inter se colloquentes mulieres, vel narrantes aliquid, vel indigentes, vel conquerentes, vel commiserantes, vel flentes, vel hilares, & nullo negotio discès quomodo sint varij affectus variis modis, ac variata voce, ac gestibus exprimendi.* Sequamur ergo eam rationem, quam natura ipsa, nemine docente, præscripsit, nec committamus, vt quod in nobis ingenij, doctrinæ, facundiæ est, vitio iudicij, & studio pra. uæ artis tunc pereat, cum ferre fructus debebat.

Verum Imitationi, studioso eloquentiæ à Rhethoribus valde commendatæ, Concionatori verbi Dei non segniter incumbendum, vt quod in aliis dignum animaduerterit, sibi coaptet, suoque ingenio velut natiuum efficiat, nam si hæc quasi naturæ conceptio desit, quid simulatum, & frigidum erit imitatio. Sanè vt

Ioan. à Iesu Maria in art. conc. par. 7. c. 8.

Ioan. à Iesu Maria ait, *Perspicaces prædicatores ex multis, quos audiunt, obseruatione varia, sibi boni Concionatoris formam vnam comparant, cum raro res fœliciter cedat insignem aliquem prædicatorem per omnia æmulari velle.* Ingenia quippe diuersa nequeunt in omnibus mutuo inter se congruere. *Si autem et feruens adsit Concionatori sacro ingenium*, ait Augustinus, *fœlicius adhæret eloquentia legentibus & audientibus*

Aug. lib. 4. de Doctrin. Christ. c. 3.

eloquentes, quam eloquentiæ præcepta ſectantibus.

Ad calcem huius capitis adijcio, quod Auguſtinus his verbis docet: *Sunt ſanè quidam, qui benè pronuntiare poſſunt, quod autem pronuntient, excogitare non poſſunt. Quod ſi ab aliis ſumant eloquenter, ſapienterque conſcriptum, memoriæque commendent, atque ad populum perferant, ſi eam perſonam gerunt, non improbè faciunt: Sic enim quod profectò vtile eſt, multi prædicatores veritatis fiunt, nec multi magiſtri, ſi vnius veri magiſtri idipſum dicant omnes, & non ſint in eis ſchiſmata.* Idem c. 29

De ſacri Concionatoris Prudentia. Caput Vltimum.

SEd quia omnium de quibus actum eſt, optima executio à Prudentia, quæ in qualibet actione quid honeſtum ſit, apprehendit, & iudicat, tanquam hic, & nunc conueniens, non parum momenti accipit, operæpretium duximus noſtro huic commentariolo non prius finem imponere, quam aliqua de ſacri Concionatoris prudentia tradiderimus. Et ſanè cum Prudentiæ functiones, vt Ariſt. & S. Thomas aſſerunt, ſint diligens, & bona conſultatio, iudicium, & executio: Primum prudentis Concionatoris munus eſſe debet benè conſultare, media ſcilicet exquirere neceſſaria, circumſtantias, modum, & ordinem ad ſacram concionem vtiliter habendam. Secundum, poſt diligentem conſultationem, iudicare, quomodo ſcilicet, & quo tempore, &c. Ariſtot. S. Thom.

concionandum sit. Tertium, rectè sibi imperare, atque præscribere, quomodo, & in quid ferri, cõcionando debeat: quæ omnia studio, consilio, obseruatione, præmeditatione, & super omnia precibus, & sacrificijs comparabit. Sic prudens, quisquis est, Concionator, ante omnia, iuxta S. Caroli monitum, cum sciat se exiguum fructum spiritualem fidelib. allaturum, nisi verè ex animo, totoq; spiritu dicat quòd facere haud potest, qui verè spiritualis nõ est sanctæque vitæ institutis, atque vsui planè deditus; se ipsum ad virtutum disciplinam, & vitæ innocentiam parat: deinde omnium Theologiæ locorum, traditionum Apostolicarum, Ecclesiæ rituum, rerumque in ea gestarum notitiã habere curat: necnon multiplicem, & variã argumentorum copiam vt pro audientium genere, locos doctrinarum ex quibus concionẽ conficit, non solũ distinguere, sed optimè explicare sciat. Discit ex præceptis Rethoricæ Ecclesiasticæ locos, vnde concionis exordium, quando eo vtendum esse iudicat, rectè ducat, & ab vitiosis exordijs longè refugiat, Curat disponendæ Concionis modum intelligere, dilucidè, distinctèque rei enarrandæ rationem percipere: benè pronuntiandi, decorèque agendi vsum tenere: verborum tandem pondera, vimque ita habere. vt audientium animos penetrare valeat Materiam, quæ ingenij sui vires excidit, & formam dicendi, ad quam appositus nullo modo videatur esse, non sumit: *Ad quam sanè rem* (ait ille) *multum adiumenti hoc affiret,*

S Carolus in instr. prædicat, verò. Dei.

Cap. de scientia Cõcion.

si amicum, aut alium adhibebit, præsertim concionandi vsu peritum, qui semel, iterum, atque adeò publicè sæpius concionantem audiat quique non ambitiosè corrigat sed liberè, priuatim, remotisque arbitris, moneat, si quid in aliqua parte erratum sit.

Proponit sibi aliquem prædicandi laude florentem, in quo ea imitari curat, quæ sapientum iudicio præclara, atque egregia cernuntur, quæque suæ naturę conueniunt, sed maximè veteres Patres, vt eorum virtutes in dicendo sequi valeat, illud in sua concione potissimùm semper curans, vt auditorum animos ad pietatem commoueat: *Cum præsertim peccẽt homines* (ait idem S. Carolus) *non tàm quia verum ignorant, quàm quòd male affecti sunt.* Ad concionandi munus salubriter exequendum, omnem concionandi vim ad Dei omnipotentis gloriam, & animarum salutem referre curat munerisque sui dignitatem considerat, ac difficultatem: tantoque ardentiori studio ad Deum refugit, vt diuini sui spiritus afflatu, omnia sibi dicendi adiumẽta subministret, quãto maiorem eius esse difficultatem animaduertit. Omnem etiã vitat in dicendo ambitionis suspicionem, nec loca insigniora, vbi prædicationis suæ semen spargat, ambit affectatvè: memor Christi Domini, quem à Patre è cælo demissum ad erudiendum genus humanum, pagos, & vicos, & castella obijsse legimus.

Cap. de præcipua vitæ ratione.

Materiam sacræ concionis ex doctrina sumit Euangelica. Et quoniam animarum salutem

Cap. de materia sacra concionis.

Cap. quod pecc. stud. concionat. &c.

in eo positam esse nouit, vt populus fidelis, quæ mala, peccataque sunt fugiat, & rursus, quæ bona, virtutumque officicia, pietatis studio consectetur: hæc genera assiduè versat, atque tractat, pro conditione loci, rationeque personarum, quibus prædicat. Cauet, ne, quòd ad nouos formandos conceptus, perperam multi nostri temporis Concionatores faciunt, sacram Scripturam, ad suos sensus, contra verum sacræ Scripturæ sensum contorqueat. Subtiles quæstiones apud imperitam multitudinem, ne attingit quidem, nec de B. Virginis immaculata Conceptione, cõtra præscriptum Pontificiæ sanctionis Pij V. disputare audet. Non facetias, ridiculaue dicta, non res ineptas, vel superuacaneas, vel parum fructuosas, vel ex prophanis libris qui non sine reprehensione ab hominibus religiosis legi posse videntur, affert, nec comminiscitur allegorijs nõ selectis ex scriptis ab Ecclesia receptis. Nihil ab Ecclesia, eiusque institutis, ritibus, consuetudine, perpetuoque vsu alienum, quodque cum probatis Ecclesiæ Doctoribus non consentiat, refert, non singulares opiniones, non historias, non miracula minus probata: deque sanctis non nisi, quæ vera, & grauiorum virorum literis prodita sunt. Eaque *non omni loco: sed potissimum in extrema parte concionis.* Futurorum prædictionem vitat, Ethnicorum doctrinis, Poëtarum versibus, Philosophorum disciplinis, non nisi parcè vtitur. Sacrarum literarum testimonia profert. Patrum sententiam temerè

Cap. de materia sacr. concion.

rè numquam refutat. Doctores, & auctores Neotericos, ob maximam ſuggeſti auctoritatem, quæ ſacram Scripturam in primis, & Sãctorum veterum Patrum doctrinam requirit, in medium nunquam affert: nec Sanctorum Doctorum prolixas ſententias: ſed breues tantum, ſi vernaculè prædicet, latino ſermone recitat. Nihil profanum, edita laicalia, cæteraue id generis, de ſuggeſtu enuntiat. Nec ad vitia acrius inſectanda ſe confert, niſi poſtquam aliquot concionibus habitis, prudentis, docti, ac religioſi Concionatoris nomen adeptus fuerit. Nullum nominatim reprehendit: nec aſperius obiurgat Epiſcopos, aliosve Prælatos: nec vero ciuiles Magiſtratus. Concionem inſtruit, atque exornat, non verborum lectiſſimorum inani ſonitu, & ſermone nimis elaborato, & penè calamiſtrato, & fucato, quo nihil poteſt eſſe infructuoſius, ſed graui, plenoque ſanctæ doctrinæ, ac referto diſciplina, quę verè Chriſtiana, præſtansque ſit ad ſalutem. Diſtinctè loquitur, vt auditores facilè dicta percipiant. Res in concione diſpoſitas ita memoriæ mandet, vt ipſius memoriæ fugiat oſtentationem; *Exempli gratia, in ſententiis quamplurimis pronuntiandis, aut certè rebus permultis recenſendis.* Totam accommodat concionem ad ingenium, conditionemque hominum, apud quos cõcionaturus eſt: nam: *nihil, ait, ineptius, & abſurdius dici, fingive poteſt, quam ſi in pauperrimo pago, apud ruſticos fame, frigoreque confectos ita concionatur, vt in opiparas epulas, ſplendidiſſimas veſtes, auro, argento intextas,*

Cap. de iis, quæ ad formam conc. pertinent.

Cap. de Decoro.

quas homines indigentissimi ne somniarunt quidem, perpetuo inuehatur. Simulque locum, tempus, rem, de qua dicturus est, & personæ suæ auctoritatem, & vitæ genus considerat. Elocutionis genus exquisitum non affectat. Fucum omnem fugit, sicut etiam omne dicendi genus ambitiosum. Verba antiqua, & peregrina, noua, profana: fati, fortunæ, infortunij nomina, aliaque id generis ab Ecclesię vsu iampridem explosa, planè reijcit: similiter epithetorum nimium vsum, & poëticum dicendi genus: vocabulorum frequentem synonymiam, nisi cum vnum altero significatius, aut magis proprium fuerit: splendidos titulos, & nomina adiuncta illustria, vt Sereniſſimus Dauid, &c. anicularum prouerbia: inflatam orationem, & reliqua huiusmodi. Exordio temperato vtitur, similitudinesque vitat, poëtico more explicitas. Cum de peccatis ad luxuriam pertinentibus agit, cautionem adhiber, ne imprudens in obscena verba incidat, videtque in primis, ne loquendo, turpes cogitationes inijciat. Vocem, & actionem ita temperat, vt non ex arte petere, sed verè, & ex natura dicere videatur: proque rerum, quas dicit, varietate voce, & gestu vario vti studet: *Ne forte res mediocres, aut etiam forte asse leues, magna contentione tractet, quasi sola voce, & gestu velit persuadere, aut vero, quæ magna sunt, imminuat, aut cuidam recitanti potius, quam ex animo dicenti, similis videatur,* valdeque cauet, ne vno vocis sono tota constet oratio, quod satietatem parit, &, vt nimiam tarditatem, ita etiã nimiam

Cap. de Elocutione.

Cap. de voce, & corporis motu.

celeritatem in dicendo fugit: ſed pro rerum opportunitate, nunc tardè, nunc celeriter eloquitur. Canoram vocem in exordio fugit, & magna. In geſtu, & corporis motu tantum facit, quantum natura rerum patitur. Non ſemper eodem geſtu vtitur, nec eodem corporis motu, non oratione eodem modo compoſita: non vno brachio tantum, nec eadem vultus moderatione. Non importunè ſuggeſtum palmis ferit, ſed cum rei magnitudo poſcit: nec per illud quaſi volitat, nunc ex hoc, nunc ex illo angulo proſiliens: nec ex ſuggeſtu medio ferè corpore ſe demittit, aut aliis multis motibus vtitur, qui aut deformes ſunt, aut digladiantis potius, quàm dicentis, eſſe videntur. Hæc ex S. Carolo. Præter hæc autem, alia quædam ſunt, quæ prudens Concionator diligenter obſeruat. Primum enim, iuxta Sapientis dictum, *Sapientiam antiquorum exquirit*, non nouitates, vt multi faciunt; Athenienſibus ſimiles, qui, vt Lucas ait: *ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid noui*, illud de doctrina, & ſapientia Dei cenſentes, quod de fabulis, quarum illa cenſetur præſtantior, quæ eſt recentior. Deinde lecta, vel audita, ſecum ipſe animo verſat, eaque diligenter cogitando, facit quodam modo ſua, ſicut calor naturalis, ſtomachi cibum, quem accipit, in aliti naturam conuertit. Peruerſam, vt docet Quintilianus, multorum ambitionem vitat, qui dum eruditi ſtultis videri volunt, quod ex improuiſo dicere poſſint, ſtulti eruditis videntur. Et ſanè doctores communiter do-

Eccli. 39. v. 2.

Act. 17. 21.

Quintil. lib. 10. cap. 7.

cent, eum, qui prædicare contendit ſine præuia meditatione, ſperans fore, vt Deus ſibi dicenda inſpiret, tentare Deum, niſi coactus cauſa iuſta, id faciat, & mortale eſſe peccatum dicit Nauarrus: quod verum cum Sanchez exiſtimo, quando animo Deum tentandi id faceret, nam alias, niſi ſcandalum, aut notabile aliud nocumentum ſequeretur, veniale tantum, cum eodem eſſe cenſeo. Sanè Auguſtinus docet, tunc ſemper hominem tentare Deum, quotieſcumque debita non vult vti induſtria. Quare prudens Concionator, nec ſcriptionem omittit grauiorum nonnullorum locorum, deſcriptionũ, & amplificationum, &c. *Quia ſicut terra*, ait Quintilianus, *altè defoſſa, generandis alendisque ſeminibus fœcundior eſt, ſic quæ prius adhibito ſcribendi labore elaborata ſunt, in auditore, in optimam frugem excreſcunt*: non quidem, vt totidem verbis illa recitet: nam, qui diligenter, & maximo artificio, quicquid ſunt dicturi ſcribunt, & hæc de verbo ad verbum pro ſuggeſtu proferunt, frigidi (vt benè Regius docet) apparere ſolent, & aridi, magisque proprium oſtentant ingenium, quàm cor auditorum feriant. Diligentiſſimè etiam ſibi cauendum exiſtimat, ne mortali culpa affectus. Spiritum ſanctum contriſtet, & Apoſtolicum opus, atque adeo D. N. Ieſu Chriſti munus, attingat: ſed conſcientiam ante, ab omni peccatorum impuritate, Pœnitentiæ Sacramento, expurgat, quàm ad verbi Dei tractationem accedat. Suggeſtum deinde poſt diuini Spiritus inuocationem aſcendit, para-

Nauar. in ſumm. c. 11. num. 40.

Sanchez in Decalog. li 2. cap. 34. num. 16.

Aug. d. oper. Monac. c. 27. & li. 22. contra Canſtũ cap. 35.

Quintil. lib. 10. cap. 7.

Reg. Orat. Chriſt lib. 3. cap. 17.

tus, vt docet P. Franciſcus Borgia, ſilere, dato à comite ſilentij ſigno, tametſi vix dimidium dixerit eius, quod attulit: *Præſtat enim*, ait, *per obedientiam ſilere, quàm ſine illa diſertè loqui*: ſermoneque demum ita temperato loquitur, vt vna hora abſolui concio queat: *Neque enim*, ait idem, *extendi vltrius debet, nec proficit auditor, imò tædio afficitur, nauſeamque concipit etiam de auditis, ſi horam Concionator excedat.* Nec turbatur animo, neque ſibi diſplicet, ſi perpaucos ad concionem confluxiſſe viderit: conſiderans, tametſi pauci ad audiendum venerint, nihil meriti ſibi detractum iri. Si concionanti fortè quis rumor obſtrepat, nec animo turbatur, nec iracundiam oſtendit, ne, dum patientiam alios docet, ſe ipſum palam impatientiæ arguat. Populare auram, ſi quam flare ſenſerit, contemnit, & ſi reflare, æquanimiter tolerat. Singularitates omnes in ſuggeſtu vitat, & cæremonias non conſuetas, quia populus, vulgusve, licet initio oſtentatis Crucibus, Imaginibus, Cranijs, commoueatur: Prædicatoreque catenis, aut funibus religato acclamet, fleat, æſtuet: tamen ſonitus, ſtrepitusque ille paulo poſt deficit, ac experientia magiſtra, in fabulæ argumentum vertitur: Vnde *ſatius eſt*, ait Ioan. à Ieſu Maria, *communi, probatoque more duci, & ſpem victoriæ, non in ſpectaculis, & tumultibus, ſed in Dei ſpiritu, & rationum Chriſti veritate nitentium, energiam reponere.* Nec exquiſitis modis, velut extorquere tentat ex populis eleemoſynam, ſed rei honeſtatem, & neceſſitatem ſynceri-

Fran. Borg. in lib. de rat. concion cap. 7.

Ioan. à Ieſu Maria in art. conc. c. 8.

ter proponit, vt decorum ſeruet, & officij ſui partes expleat.

Atque hæc de ſacri Concionatoris prudentia dixiſſe ſufficiant, quæ, ſicut & reliqua, pro ſacræ Scripturæ publico in ſacris concionibus congruo vſu tradita, facilè vnuſquiſque ſeruabit, qui Chriſtianam modeſtiam, & grauitatem prędicationis, non obliuiſcetur: nihilque audebit, quod ſupra vires, artem, & exercitationem ſuam eſſe ſuſpicetur, quodque ex concepto affectu non proficiſcatur. Faxit Deus, vt quæ omnia ſcripſimus, in Altiſſimi ſui nominis gloriam, & ſalutem animarum fœliciter cedant. Amen.

FINIS.

DE SACRA SCRIPTVRA.

LIBER TERTIVS.

SEV CATALOGVS VNIVERSALIS,

Eorum, qui tum vniuersè, tum singulatim in Sacrorum Bibliorum libros scripsisse noscuntur.

NONNVLLORVM ex selectioribus vtriusque Testamenti Interpretibus Veteribus, ac Neotericis, qui tum vniuersè, tum singulatim, vtriusque Testamenti libros sunt interpretati, particularem supra Catalogum texui. Hic modo, iuxta eorumdem Sacrorum Librorum ordinem, omnium quotquot aliorum etiam relatione extare didici, vniuersalem exhibeo, vt ex eo, qui volet, alios sibi selectiores eligat. Versiculorum insuper sacræ Scripturæ, quos expositos data opera noui, Interpretes in eo indico, nec non Dominicas, & Festos dies in quibus ijdem versiculi, per annum, in Missæ sacrificio leguntur, vt ipsos etiam sermonarios, quos vocant, si libeat, quisque consulere possit. Asteriſco * notati, iuxta Romanum librorum prohibitorum Indicem, egent correctione. Extant igitur primum.

IN VTRVMQVE TESTAMENTVM.

A Egidij Cailleau, Catalogus Viduarum.
Ægidij Columnij, lib 2. in totum Canonem Bibliæ.
Ælij Antonij, in ſacrę Scripturæ locos, Quinquagena.
Aliani Inſulenſis, ſacræ Scripturæ Oculus.
Alani de Lymna Moralia.
Alberti Magni, Comment.
Alberti Mantuani, Lectionum Scripturarum lib.
Alberti Sigebergenſis, Comment.
Alberti Vngari, ſacræ Scripturæ, Defenſio.
Alexandri Alenſis, Poſtillæ.
Alexandri Villadæi, Compend. verſibus Hexametris.
Alphonſi Toſtati, Compēd. & Comment.
Andreæ Placi, Interpretatio difficilium locorum.
Angeli Mariæ Torſani, Collectio prouerb.
Anſelmi Laudunenſis, Gloſſæ interlineares, & marginales ex Patrum ſcriptis collectæ.
Antiochi Monachi, Pandectæ, in Bibliot. PP. tom. 2.
Antonij Aſſiſij, Anacephaleuſis Bibliorum.
Antonij Carafæ, Catena
Antonij à Matelica, Comment.
Antonij Medicis, Annot.
Antonij Nebriſſenſis, Explicatio
Arlotti Thuſii, Concordantię.
Athanaſij Balodij Patriarchę Antiocheni, Libri
S. Athanaſij Epiſc. Alexandr. Synopſis, tom 4.
S. Auguſtini, ſeu alterius auctoris, Queſt. in eiuſd. oper. tom 4. in append.
Auguſtini Iuſtiniani Epiſc. Nebienſis, Biblia octupla cum ſcholiis eiuſd.
Aurelij Brandolini, Lib. carmine Heroico.
Aurelij Prudentij, Enchirid.
Bartholomęi Granuylæ, Poſtilla.
Bartholomęi Vrbinatis Epiſcop. Comment.
Baſilij Zanchij, perbreues Annotat.
Bedę, Expoſitio, & Allegorię.
Benedicti Arię Montani,

Variarum ſacræ Scripturæ verſionum in vnum editio quæ Biblia Regia dicuntur.

Bernardini Gadoli, Comment.

Bonauenturæ Blanci, Tractat.

Brunonis Herbipolenſis, Annot.

Chryſoſtomi Zanchij, Paralelli.

Dauidis obligo Notationes quas inſcripſit: Poſtillæ Bibliorum.

Diodorus Torſenſis.

Dionyſij Rickel Cartuſiani, Commentarij, & Enarrationes.

Dominici Toloſani, Comment.

Emmanuelis Sà, Natationes

Eucherij Lugdunenſis, Quæſt.

Feliciani Capitonis, Locorũ aliquot explicationes.

Floriani Nannij Caſij, Catena argentea.

Franciſci Arolt Ordinis Minorum, Concordantiæ maiores.

Franciſci Capitonis, Catholicæ explicat. locorum, quibus abutuntur hæretici.

Franciſci Feu-ardentij Obſeruationes in Gloſſam ordinariam, & poſtillas Nicolai Lyrani.

† Francici Georgij Veneti, Enarrationes locorum, & Problemata.

Franciſci Lucæ burgenſis, Notæ.

Franciſci Ximenij, editio Bibliorum Complutenſium.

Freculphi Fuldenſis, Hiſtoria.

Cabrielis Baieni, Tabula alphabetica.

Gabrielis Flammæ, notæ.

Galfridi Hardebi, lecturæ, & poſtillæ.

Gaſparis Caſalij, Chriſtiana Axiomata.

Gaſparis Salgetri, Scrutinium diuinæ Scripturæ,

Georgij Bulloci, Oeconomia Methodica Concordantiarum ſacræ Scripturæ.

Georgij Ederi, Oeconomia.

Georgij Sturmij, Relectiones.

Gerardi Bergomenſis, Concordantiæ.

Gerardi Odonis, Tract.

Gilberti Genebrardi, Annot. explicat. & comment. m. f.

Gloſſa ordinaria, & interlinearis.

Glycæ, Explicatio obſcur. locorum.

Godalberti, Allegoriæ.

Godefridi Tilmani, Allegoriæ, & tropolog.

Godefridi Viterbienſis, Liber cui titulus eſt Pan-

rheon.
Gualardi de Rupe, lectu-ræ.
Gualterius Danielis Monachus.
Guerneri Cartuſiani, Enucleamenta.
Guidonis Ferrarienſis, Margarita, carmine heroico conſcripta
Gulielmi Alotti, Theſaurus.
Gulielmi Cocxfortę. Poſtillæ.
Guillelmus Gallus.
Gulielmi Gotingam, Lecturæ.
Gulielmi Mansfeldæ, Poſtillæ.
Gulielmi Maſſet, Poſtillæ.
Gulielmi Nortonis, Repertorium, ſiue Tabulæ in Lyranum.
Gulielmi Sangham, Annot.
Gulielmi Talisfordæ, Lecturæ variæ.
Haymonis Halberſtatenſis, Comment.
Henrici Sachſij, Lib. locorũ contrariorum
Henrici de Vrimaria, Liber.
Hermani de Scilidis, Liber de quatuor ſacræ Scripturæ ſenſibus.
Hieronimi Laureti, Allegoriarum Sylua
Hugonis Barinenſis, Poſtillæ
Hugonis Carenſis, Poſtillæ, ſeu comment. & Concordantiæ.
Hugonis Victorini, Annot. elucidatoriæ.
Iacobi Calogeri, Tract.
Iacobi Iunterbuch, Scrutinium.
Iacobi Kauij, Expoſitio
Iacobi cognomento Magni Comm.
Ioachimi Abbatis, Concordia.
Io. Albæ, Selectæ annot. in locos difficillimos, ſiue Electorum ſacræ ſcripturæ Genturiæ.
Io Andeuen. Poſtillæ.
Io Beni, umma
Io. Benedicti, Concordantiæ iuxta tropos ſacr. ſcript. Item Poſtillæ.
Io. Bury, Lecturæ.
Io. Clipſton Expoſitorium.
† Io Druſij, Quæſt, & reſpõſiones.
Io. Ecdebergenſis, Poſtillæ, & lecturæ ſolemnes.
Io. Forcij, Myſteria quædã ſcripturæ in vocibus Hebraicis ſita.
Io. Frumentarij, Comment.
Io. de Imenhuſen, locorum aliquot expoſitio.
Io. Maibroſij, Comment.
Io. Monſeni, Interpretatio obſcuriorum aliquot locorum ſacræ Scripturę.
Io. Opici, Liber de ſelectis ſcripturarum queſtionibus antiquis
Ioachimi Paſchalis, Lectiones.

Io. de Perſico, Expoſitiones contra Iudæos.
Io Ridyuallenſis, Lecturæ.
Io. Tomſen. Moralitates.
Io. Vitalis, ſpeculum morale, ſeu variorum locorum myſtica explanatio.
Io. Vuainflete, Comment.
Iſidori Clari, Correctio, & Scholia.
Iſidori Hiſpalenſis, Comment. aliqua, & Allegoriæ
Louanienſium Theologorũ, Variæ lectiones in Biblijs Regijs.
Magdalij Iacobi, Correctorium ſeu Epitome, & expoſitio quarũdam dictionum difficilium.
Mamotrecti, Vocum obſcuriorum declaratio.
Marci Aurelij Caſſiodori, Tract.
Mariani Scoti, Annotat. ſcripſit.
Martini Delrij Adagialia.
Matthæi Cantonis, Lectiones.
Matthei Doringij, Addit. ad poſtillas Lyrani.
Matthiæ de Pace comment.
Maturini Clementis. Lecturæ.
Nicolai Garrei, comment.
Nicolai Lyrani, Poſtillæ.
Nicolai rriuet, ſeu Treuech, & Treuet Catena.
Oſberti BicKenhã. Poſtillæ.
Ottomari Luſcinii, Allegoriæ, & Theologiæ.
Pagani Bergomatis, cõmen.
Paterii, Expoſitio ex S. Gregorio.
Pauli Burgenſis Epiſcopi cognomento de S. Maria, Addit. ad Poſtillas Lyrani.
Petri Aureoli, Compendiũ. & Breuiarium.
Petri Berchorii, Reductorium morale.
Petri Brunquelli, comment.
Petri Cantoris, Gloſſa Scolaſtica, & comment.
Petri Carbonelli, Poſtillæ.
Petri Comeſtoris, Hiſtoria Scolaſtica.
Petri Hieronimi Sanchez, Speculum.
Petri Io. Oliui, Poſtillæ.
Petri Pagani, comment.
Petri de Palude, comment.
Petri Rigæ, ſeu de Ariga, Expoſitio allegorica M. S. quæ inſcribitur Aurorea in Vet. & Nouum Teſtam.
Petri Senonenſis, comment.
Petri Stoches, comment.
Petri Suuaningtõ, Quæſtiones ordinariæ, & lecturæ ſcripturarum.
Petri Thyrræi Apparitiones Vet. & noui Teſtamenti.
Philippi Varagii, Flores.
Pontii Carbonelli, comment.
Probæ Falconiæ, Centones.
Rabani Mauri, comment.

Raphaelis Caſtructij, Harmonia.
Reginaldie Leuiori campo, Diſtinctiones.
Remigij Nannini, Annotat.
Renati Benedicti, Loci quibus prauè abutuntur heretici.
Item Eiuſdem, Stromata.
Item eiuſdem, panoplia.
Item eiuſdem, poſtillæ.
Richardi Angli, Expoſitio ſententiarum ſacræ Scripturæ.
Richardi Cluniacenſis, Cõtrariorum lib.
Richardi Louinhani, Dictionarium.
Richardi Victorini, Annotat. & Allegoriae.
Roberti HolcKor, Allegoriae.
Roberti Iorij, Lecturae.
Roberti Tuitienſis ex Patrum ſcriptis ſuccincti, comment.
Roberti Turneri Deuonij, comment.
Rogerij Combatiſtae, vocabulorum expoſitiones
Sanctis Pagnini, Verſio, & Notæ.
Seraphini Cumitani, Concilliatio locorum inter ſe pugnare videntium.
Sertorij Fontanerij Scripta.
Sillaberti cognomento vniuerſalis, Expoſitio,
Simonis Corbeienſis, Gloſſæ
Sixti Senenſis, Concordantiae.
Stephani Angelici Carmelitae, Expoſitio moralis.
Stephani Langton, Annotat.
Strabi Monachi Fuldenſis, Commentaria, Gloſſa ordinaria appellata
Theodor. Prodremi Cyri, Argumenta, ſeu capita verſibus ſcripta.
Theoduli ſeu Theodori, lib. de conſonantia ſcripturarum veteris, & noui Teſtamenti.
Theophanis Epiſcopi Niceae. Conſonantia vtriuſque teſtamenti contra Iudaes.
Thomae Aſcherbonae, Lecturae.
Thomae DocKinge, Lectura Bibl.
Thomae Hybernei, Flores Bibl.
Thomae Lomae, Lecturae.
Thomae Maldon Biblioru Introitus.
Thomae de Vio Caietani, comment.
Turci Ruffi, Collatio in Bibliot. Veterum patrum tomo 8.

VETVS TESTAM.

VEtus Teſtamentum omnes, qui ſcripſerunt in Vtrumque Teſtamentum. Item S. Ioannis Chryſoſtomi, Homiliae.
Iſidori Hiſpalenſis, Comment aliqua, & Allegoriae.
Matthaei Doringh, Replicae pro Lyrano.

Michaelis è Maſſa, poſtillae.
Petri Rigae, comment Verſibus Hexametris elegiacis *M. S.*
Septuaginta diuerſorum interpretum Verſio cum notis, Graecè. Item latinè.

PENTATEVCHVS.

in PEntateuchum extant omnes, qui ſcripſerunt in Vtrumque & in Vetus Teſtamẽtum. Item.
Alani inſulenſis, comment.
Alberti Patauini, comment.
Alexandri Alenſis, comment.
Alphonſi Toſtati, comment.
Ariſtoboli antiquioris, Queſtiones.
Ariſtoboli iunioris, comment.
S. Auguſtini, Queſt. in eiuſd. oper. to. 3. & 4
Auguſtini Steuchi Annot.
Bedae, Quaeſtiones to. 8.
Benedicti Stendel, Libri 5.
Brunonis Liguris Epiſc. 1. Signii, Libri 5.
Catena Patrum, in qua loci difficiliores explanantur.
Claudij Clementis Scripta.
S. Cyrilli Alexandrini, Serm. aliquot, de quibus meminit Antonius Poſſeuinus, in Apparatu, & nos infra eos ſuis propriis locis indicamus
Dominici Greniae, comment.
Ethardi Monachi, Homil.
Euthymij Zigabeni Monachi, Expoſitio.
Franciſci Vatabli, Verſio cum ſcholiis.
Franciſci Zephyrini, Explicationes locorum obſcuriorum, ſeu catena.
Gulielmi de Melitona, comment.
Haymonis Halberſtatenſis, lib. 5.
Hieronymi ab Oleaſtro, comment.
Hugonis de S. Victore, libri 3 Item, Allegoriae.
Iacobi Lauſanenſis, comm.
Incerti, Verſio ex Hebraeo cum annotationibus * ex Rabbinis.
Incerti item, Explanatio locorum obſcuriorum, ſeu * Moyſes enucleatus.
Innocentii Papae V. Poſtillae, & comment.
Io. Capgraue, comment.
Io. Hagen ab Indagine, comment.
Io de Tinmouth, Expoſitio.
Io. Zachariae, Expoſitio Scholaſtica
Iſidori Hiſpalenſis comm.
Matthaei Ebroicenſis, comment.
Nicolai de Gorram, comm.
Nicolai Serarij, comment.
Nicolai Seruitae comment.
On Kel, Paraphraſis Chaldea, habetur in Bibliis Regiis, & Complutenſibus.
Pauli Recii Iſraelitae, liber.
Petri de Galeſiniis, commẽt.

Petri de Tarantasia postea Innoc. V Comment.
Petri Vincentij de Marzilla, Paraphrasis, & Annot.
Philonis Iudęi, Libri
Procopi Gazęi, Comment.
Radulphi Nigri, Libri 7
Remigij Monachi, Comm.
Roberti Scribę Angli, Comment.
Rodulphi Rudeshein, Comment
Sanctis Pagnini, Comment.
Seraphini à Porrecta, Comment
Serlonis Angli, Com.
Stephani Anglici Carmelitę, Moralitates.
Stephani Langhton, Libri iv
Stephani Salazarij, Comm.
Theodoreti Episcopi Cyri, Comment. to 1.
Thomę à Vio, Comment.

GENESIS.

in Genesim, extant omnes, qui in Vtrumque, Vetus Testamentum, & Pentateuchum scripserunt Item.
Alchimi, seu Alcimi, lib. 6. in Bibl. PP to. 3.
Alcuini quæstionum liber in Bibliot. Vet. Patrum to. 3
Aloysij Lipomani, Catena ex Lat & Græcis auctor.
Item eiusdem, Notationes.
Alphonsi Tostati, Com. t. 1.
Amandi Belgę, Comment.
S. Ambrosij, Expositiones.
Ambrosij Catharini, Enarrationes in quinque priora capita.
Andreę Biblij, Comment.
Andreę Frusij, Assertiones.
Andreæ Nicolai Vngari, Comment.
Andreę Veneti, liber qui cāpus Florum prænotatur
Antonij Honcalæ, Commēt.
S. Antonini Archiepiscopi Florentini, Tractat.
Apionis, Commentarij, qui censura indigent
S. Augustini, liber vnus ad literam imperfectus. Item eiusdem de Genesi ad literam libri duodecim.
Augustini Asculani, Comment
Augustini Steuchi, Obseruationes ad Veritatem Hebraic.
Bedę, Expositio & Quæstiones to 4. & to 8.
Benedicti Ariæ Montani, lib.
Benedicti Pereriij, Commēt. to 4.
Bruni, vel Brunonis Ligu-ris, lib.
Catena patrum, in qua loci difficiliores explicantur
Claudij Marij Victorini, Commēt. poēticū, in Bibl. Vet. patrum to. 4.
Cyrilli Alexandrini ad literā, & mysticè, Libri 2. in to 1. eius operum.

Eckardi Theutonici, liber 1.
Eucherij Epiſc. Lugdunenſis, Comment.
Ferdinandus de Eſcalante in Clypei lib. 8
Franciſci Georgij, Notæ.
Franciſci Mayronis, Expoſitiones.
Franciſci Zephirini, Explicatio.
Gulielmi Hameri, commẽt.
Gulielmi Pepin, comment. iuxta quadruplicem ſenſum ſcripturæ ſacræ.
Henrici de Haſſia Iunioris, comment.
Hermanni de Schildis, Lectura.
S. Hieronymi Quæſt ſeu Tradit Hebr. in eius oper. tom. 1.
Hieronymi Fracaſtorii, poëma Heroicum in poſtrema capita & de Vita Ioſeph.
Hieronymi ab Oleaſtro, comment.
Hieronymi Sauonarole, cõment.
Hilarii Carmen, quod tamẽ alterius eſſe ex eo conſtat, quod ad Leonem papam eo poſteriorem ſit ſcriptum.
Hippolyti Martyris, commentar.
Hortenſii Baptiſtæ, Inſtitutiones diuinæ.
Hugonis Carenſis, poſtillæ to. 1.
Hugonis Victorini, Notat. & Allegoriæ to. 1.
Iacobi Lauſanenſis, comment.
Iacobi Magni, comm.
Iacobi Ottheri, comm.
Iarichii Friſii, comm.
Io. Annii Viterbienſis, commen.
Io Chryſoſtomi Homil. 61. quæ habentur in operum eiuſdem to. 1.
Io. Duns Scoti, lectura.
Io. Feri, Enarrationes.
Io. Gooduuick, lecturę.
Io. e Leouardia, comment.
Io Raymundi comment.
Io. Yorcke, Lecturæ.
Ludouici Granat. Diſcurſ. in ſua Symboli Introductione.
Ludouici Yſtellę, comment.
Martini Delrii, Pharus ſacræ ſapientiæ.
Methodij liber 1.
Michaelis è Maſſa, Expoſitio
Moyſis Hadarſan, commẽt.
Nicolai Bonetti, Poſtillæ.
Nicolai Cuſani, comment.
Nicolai Triuet, comment.
Origenis, Homil. 17 à cap. 1 ad 49. & Orationes 2. tom. 1.
Oſuetri Claudiani, comment.
Petri de Alyaco, comment.
Petri Galtheri, commentar.
Petri Paludani commentar.
Philonis Iudei, Opuſcula greca.
Item latina.
Rabani Mauri, commentar.

Richardi de S. Victore, Opuſcula.
Roberti Anglici, Comm.
Roberti Roſei, Comment.
Ruperti Abbatis, comment.
Strabonis Anglici Monachi, Comment.
Theodoreti, Queſtiones.
S. Thomae Aquinatis, Comment. quae licet alii Thomae Anglici eſſe aſtruant, ſane erudita ſunt, & ingenio S. Thomae non indigna. Reiicit S. Antoninus 3. p. ſummae tit. 18 ca. 10. illa quae ſuo tempore circumferebantur, quae diuerſa fuiſſe ab his, quae nuper fuerunt inuenta docet Sixtus Senenſis.
Thomae Colbii, Indices.
Thomae Maldonati, Expoſitio.
Thomae Sperman, Comment
Thomae Vualdenſis, Com.

in GEneſis CAPVT primum de opere ſex dierum. S. Ambroſii, ſeu alterius auctoris, lib. 6.
Anaſtaſii Antiocheni Epiſcopi Synaitae ſucceſſoris, ſermones 12. Grecè, in Bibliot PP. to. 1.
Andreae Billii, Tractatio.
Antonii Guebarae, Expoſitio literalis.
Appionis, ſeu Appii, Tract.
Arnoldi Abb. Bonevallis, Tract.
Aſcanii Martinenghi, Gloſſae Magnae duobus tomis diſtinctae.
Baſilii Magni Homiliae 12. Nam falluntur, vt docet Card. Bellarm. deſcript. Eccleſiaſt. qui decimam, & vndecimam Greg. Niſſeno tribuunt.
Bedae, Homiliae to 4.
S. Bonauenturae, Tractat. to. 1.
Brunonis Cartuſiani, comment.
Candidi, Tract.
Cyrilli Alexandrini, Serm.
Danielis Malloni Hieronymiani, comment.
Dionyſij RicKel Cartuſ. comment.
Drauntij, Tract. in Bibliot. Vet PP. to. 8.
Egidij Columnii Romani, Lib. 1.
Euangeliſtae Marcellini, Comment. Ital.
Floriani Nannii, Catena
Franciſci Cattanei, Tract. Ital
Georgij Piſſidae, Tract. in Bibliot. Vet. PP. to. 8.
Gregorii Nyſſeni, Liber.
Gulielmi Auerni, comment.
Gulielmi de Conchis, Lib. 33.
Gulielmi Pariſienſis Epiſcop. Liber.
Hermanni Bodij, Comm.
Hermanni de Schildis, Libri 2.
Hieronymus Vielmius.

Hugonis

Hugonis de S. Charo, Sermones 61. to. 2.
Io. Hoptz, Synopsis Paradisi.
Io. a Leouandia. Lib.
Io. Pici, Tractatus.
Iulij Quercerij, Comment.
Iunilij Episcopi Africani, comment.
Lactantij Firmiani, Lib.
Ludouici Fidelis Neruij, Opusculum.
Marsilij Ficini, comment.
Moysis Barcephae, comment.
Petri de Aliaco Quaestiones prudentij, Versus.
Roberti Scribae, comment.
Tertuliani, Aliqua,
Theodori Graminaei, comment.
Theophili cuiusdem, Libri 5.
Vincentij Bellouacensis, Libri 32. qui speculũ naturale inscribuntur.
Vuolffgangi Sedelij, comment.
Vide etiam in Indice Vniuersali, verbo, de Opere sex dierum
in Geneſis cap. 1. 2. & 3. Augustini Steuchi * Cosmopaea
Henrici de Langstein, Insignes comment.
Martini Cordubensis, comment.
in Capitis 1. Vers. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. S. Augustinus, serm. 141. de diuers. & serm. 134. de tempore tom. 10.
S. Io. Chrysostomi Homiliae 7. tom. 5.
Vers. 2. Terra autem erat inanis &c. Christophorus Gonzalez, discursu primo ex secundo. Hispanicè.
Io. Alba, Electorum sacrae Scripturae Centuriae cap. 1.
Versus 7 Et facit Deus firmamentum &c. S. Bernard. serm. 37. in serm. paruis.
Vers. 11. Et ait germinet terra herbam virentem &c. Christophorus Gonzalez Discurs. 3. Hispanicè.
Vers. 26. Faciamus hominem ad imaginem &c. Gregorij Nysseni, Orat. 1.
Vers. 28. Et creauit Deus hominem. Eiusdem, Libellus.
Vers. 29. Dixitque Deus, ecce dedi vobis omnẽ herbam &c. Christophorus Gonzalez, Discurs. 4. & 5. Hispanicè.
Vers. 31. Viditque Deus cunctaq; ùe fecerat &c. Idem. Discurs. 6.
in Capitis 11. Vers. 1. Cœli & terræ ornatus, siue militia. Delrius, Adag. Vet. Test. 1.
Vers. 2. Cõpleuitque Deus die septimo &c. Christophorus Gõzalez, Disc. 7. Hispanicè.

Verſ. 6. Formauit igitur Dominus Deus hominem &c. Idem, Diſc. 8.

Verſ. 9. Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſũ &c.

S. Ambroſius to. 4.

Verſ. 15. Tulit ergo Dominus Deus hominem, &c. S. Bernardi, ſer. 7. de Septuageſ. in ſerm. de Temp.

Chriſtophorus Gonzalez, Diſc. 9. Hiſpanicè.

Io. Alba. Electorum ſacræ Scripturæ centuriæ, ca. 2

Verſ. 17. Deligno autem ſcientiæ boni &c. Gonzalez, Diſc. 10.

Martinus Delrius adag Vet. Teſtam 2.

Verſ. 18. Dixit quoque Dominus Deus non eſt bonũ hominem eſſe ſolum, &c. Chriſtophorus Gonzalez Diſc. 11. Hiſpanicè.

Verſ. 19. Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus &c. Gonzalez, Diſc. 11. Hiſpanicè.

Verſus. 21, Tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea Ioannes Alba, Electorum ſacrę Scripturæ Centuriæ capite 3.

Verſus. 24. Os ex oſſibus, & caro ex carne. Delrius Adag. Vet. Teſtamen. 3

in Caput III. S. Ambroſius, to. 4. de Paradiſo à capite 12, vſque ad finem

Iſoræ Nouarolæ Virginis Veronenſis, Lib. de peccato Adæ & Euæ.

Vide Etiam notatos in Indice Vniuerſali verbo, Paradiſus.

in Capitis III verſ 1. Sed & ſerpens erat calidior. Laurentius Ramirez, in ſui Pentecontarchi c. 1

Verſ 5. Scire bonum & malum Delrius adag. Veteris Teſt. 4

Verſ. 7. Conſuere folia ficus, &c Idem Ibid. Adag. 5

Verſ. 8. Cum audiſſent vocẽ Domini deAmbulatis, &c. Ferdinandus de Eſcalante. in Clypeo conc. lib. 3. cap. 1.

S. Io. Chryſoſtomus, to. 5. Homil. 8. verſ 15. Inimicitias ponam, &c. S. Io. Chryſoſt tom. 3. Homil. ſuper ijſdem verbis.

Martinus Delrius, adag. Veteris teſtam 6. & 7

Petri Carbonarij commentarij.

Verſ. 19. In ſudore vultus tui, &c. Adami Sasbout, Homil.

Aloyſius de Reboledo, Orat. 1. Hiſpanicè.

Item eod verſu. Reuerti in terram, ſeu puluerem, ſeu cinerem, Delrius Adag. 8

in Caput 1 v. S. Ambroſius, tom. 4. de Cain, & Abel.

Henrici de Lãghſtein. comment.

Marcarius Ægyptius de ſtatu Adæ poſt Imaginem Dei perditam.

in Capitis 1 v. verſ. 4. Et reſpexit Dominus ad Abel, &c. Ferdinandus de Eſcalante, in Clypeo conc. li. 3. cap. 2.

Verſ. 6. & 7. Quare iratus es, &c. Ioan. Alba, Electorum ſacræ Scripturæ Centuriæ capit. 4.

Ver. 7. In foribus eſſe. Delrius, adag. veteris Teſtam. part. 1. adag. 9

verſus 8. De ſigno Cain. Ferdinandus de Eſcalante, in Clypeo lib. 3. cap. 3.

verſus. 15. & 21. Septies & ſeptuagies ſepties. Delrius, vbi ſupra, Adag. 10.

in Caput v. S. Ambroſius, to. 4. de Noe ca 1. 2. & 3. verſus 16

Ferdinandus de Eſcalante, in Clypeo libri 3. ca. 5.

in Capitis v. verſus 22. Ambulare cum Deo, vel poſt Deum, vel coram Deo. Delrius, vbi ſupra adag. 12.

in Caput v 1. S. Ambroſius, tom. 4 cap. 4. vſque ad 12.

Beda, de Arca Noe.

Bruno Cartuſianus, de Arca.

Cyrilli Alexandrini, ſermonis.

Hieronymi Sauonarolæ, com.

Hugo victorinus, de arca.

Io. Butæi, comment. de arca,

Vuolffgangi Sedelij, comm. de Noe, & arca.

Vide Notatos in indice Vniuerſali Verbo de arca,

in Capitis v 1. verſus 4. Gigantes autem erant ſuper Terram &c Philo Iudeus, to. 1

Verſus. 11. Filij Dei, & filiæ hominum. Del Rius, adag. Vet. Teſtam. par. 1, adag. 12.

Verſus 18. Ponamque fœdus meum tecum &c. Hugonis de S. Victore, Serm. 62. to. 6,

in Caput v 1 1. S, Ambroſius to. 4. de Noe, & Arca, ca. 12 vſque ad ca. 17.

in Caput v 1 1 1. idem, à cap. 17. vſque ad 24.

in Capitis v 1 1 1. verſ. 8. Emiſit quoque columbã poſt eum &c. Cælij Rhodigini. com

in Caput 1 x S. Ambroſius, vbi ſupra ca 24. vſque ad finem.

in Capitis IX. Verſ. 8. De Iride ſiue arcu cœleſti, Ferdinand. Eſcalante, vbi ſupra lib. 3. c. 4.

Verſ 13. Arcum meum ponam in nubibus &c. S. Thomas, to. 16. in Serm. Feſt. de S. Maria Magdal.

Verſ. 24. Euigilens autem Noe ex vino &c. Philo, Hebr. to 1. de Noe reſipiſcentia.

in Caput X. S. Ambroſius, to. 4. de Noe, & Area in fine.

in Capitis X. Verſ. 9. Quaſi Nemrod robuſtus coram Domino. Del Rius, Adag Vet. Teſt. par. 1. Adag. 13.

in Caput XI. Cyrilli Alexandrini, Sermones.

in Capitis XI. Verſ. 4. Culmen pertingat ad Cœlũ. Martinus Del Rius, vbi ſupra, Adag 14.

Verſ. 8. Atque diuiſit ita eos Dominus ex illo loco &c. Philo. Hebreus, tom. 1. de confuſione ling.

Verſ. 9. Et idcirco vocatum eſt nomen eius Babel Idem Ibidem.

Verſ. 11. Vixitque Sem. &c. Hieronimus de la rua, to. 1. contr. 5 poſit.

in Caput XII. S. Ambro. to. 4. de Abraham c. 2. li. 1. & li. 2 ca. 5. vſque ad 8.

in Capitis XII. Verſ. 1. Dixit autem Dominus ad hab. egredere de terra tua &c. S. Auguſtinus, to 10. Serm. 34. de diuerſ. in append.

Rodericus de Soles, in Arte ſeruiendi Deo, Hiſpanicè.

in Caput XIII. S. Ambroſius, vbi ſupra lib. 1. cap. 3. & lib. 2. cap. 5. vſque ad 8.

Tertulianus, tom 4. de Sodoma.

in Capitis XIII. Verſ. 16. Sicut puluis terræ, arena maris, aut ſtellæ cœli. Del Rius, Adag. Vet. Teſt. parte 1. Adag 15.

in Caput XIV. S. Ambroſius vbi ſupra lib. 1. cap. 3.

Cyrilli Alexandrini, Sermones.

Hugonis de S. Victore. Ser. 67. & Allegoria Regum aduerſus 5. Reges pugnãtium.

Richardus de S. Victore, de Melchiſedech.

in Capitis XIV. Verſ. 22. Leuare manum ad Dominũ. Del Rius, vbi ſupra, Adag. 16.

Verſic. 23. A filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ. Del Rius, vbi ſup. Adag. 17.

in Caput XV. S. Ambro. vbi ſupra li. 1. cap. 3. & li. 2. a. c. 7. vſque ad 11.

Cyrilli Alexandrini, Sermones.

Richardus de S. Victore, de Sacrifitio Abrahæ.

in Capitis xv. verſ. 6. Credidit Abram Deo &c. S. Auguſt. ſeu alius, ſerm. 37. de diuerſ. in append. to. 10.

Verſ. 9. Et reſpondens Dominus, ſume inquit, mihi Vaccam triennem &c S. Auguſt vbi ſup. ſermon. 154. de Temp.

in Caput xvi. S Ambroſius, tom. 4. de Abraham li. 1. cap. 4. & li. 2. ca. 10.

Clemens Alexandrinus, de Agar, & Sara.

in Capitis xvi. verſ. 1 Igitur Sara Vxor Abram non genuerat liberos &c. Philo Hebræus, to. 1 de congreſſu eruditionis cauſa.

Verſus 2. Dixit Marito ſuo, Ecce concluſit me Dominus &c. Idem Ibidem.

Verſus, 11. Ædificari ab aliquo. Del Rius, Adag. veter. Teſta. par 1. Adag 18.

Verſus 12. Onager inter homines, & Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. Idem Ibidem Adag. 19. & 20.

in Caput xvii. S. Ambroſius, vbi ſupra, libro 1. capite 4. & li. 2 capite 17.

Ferdinandus de Eſcalante in Clypeo, de mutatione nominis Abram. lib. 3. cap. 6.

in Capitis xvii. Verſ 1. Poſtquam vero 99, annorum eſſe cæperat &c Rodericus de Soles, in Arte ſeruiandi Deo, Hiſpanicè cap. 8. & deinceps.

in Caput xviii. Sanctus Ambroſius, vbi ſupra li 1. cap. 6.

in Capitis xviii. verſ. 2 Cumque eleuaſſet oculos apparuerunt ei tres viri &c. S. Auguſt. ſerm. 10. & ſerm. 70. de Tempore.

Verſ. 5. Ponere buccellam panis. Delrius, Adag. Vet. Teſtamenti par. 1. Adag 21.

Verſ. 20 Peccatum clamans ad Deum. Idem Ibidem, adag. 22.

Verſ. 27. Sum puluis & cinis. Idem Ibid, adag. 23.

in Caput xix. de conuerſione vxoris Loth. in ſtatuã ſalis &c.

S. Ambroſius, vbi ſupra li. 1. cap. 6 vſque ad 8

Ferdinandus de Excalante, in Clypeo li. 3. cap 7.

in Capitis xix. verſ. 4. A puero vſque ad ſenem. Delrius, vbi ſupra adag. 24.

Vers. 7. Respicere post tergum. idem ibid. adag. 25.

Vers. 26. versa in statuam salis. idem ibid. adag. 26.

in Caput xx. S. Ambrosius, vbi supra lib 1. a capite, 6. ad 8,

in Capitis xx. vers. 16. Hoc erit tibi in velamen oculorum &c.

Io. Alba, Electorum sacrę scripturę Centurię cap. 5

in Caput xxi. S. Ambrosius, vbi supra.

in Caput xxii. idem ibidem cap. 8.

S. Augustinus, tom. 10. ser. 71. 72. & 73 de temp.

Bernardini Senensis, comment.

Cyrilli Alexandrini, Sermon.

Ethalredi Rieualens. Com. de oneribus Isaac.

in Capitis xxii. versus 14. In monte Dominus videbit, Delrius, adag. vet. test. part. 1 adag. 27. versus. 17. Sicut stellæ cæli. idem ibi. adag 28.

in Caput xxiii. S. Ambrosius, tom. 4. de Abraham ca. 9.

in Capitis xxiiii. Versic. 6. Dei Princeps Delrius, vbi s adag. 29.

Versus 10. Habitare vel esse in medio populi, idem ibidem, adag. 30.

in Caput xxiv. S. Augustinus, tom 10. serm. 35. de temp.

Cyrilli Alexandrini, Sermones.

in Capitis xxiv. vers. 49. Ire ad dexteram, siue ad sinistram. Delrius, vbi supra adag. 31.

Vers. 60. Possidere portas inimicorum. idem, ibid. adag. 32.

in Caput xxv S. Augustini, Serm.

Ferdinandus de escalante, in Clypeo li 3. ca 8.

in Capitis xxv. vers. 22. Sed colidebantur in vtero eius paruuli &c. S. Augustinus, vbi supra serm. 78. de temp.

in Caput xxvii. id. ibidem. ser 44. de diuers. de Iacob, & Esau.

Cyrilli Alexandrini, serm.

in Capitis xxvii. vers. 27. odor agri pleni. Delrius, vbi supra adag 33

Versus 28. Det tibi Deus de rore cœli &c. S. Bernardus serm. 33. in serm. paruis.

in Caput xxviii sanct. Augustinus, vbi supra serm. 9. de temp. de Scala Iacob.

Ferdinandus de Escalante, in Clypeo concionatorũ li. 2. ca. 1.

in Capitis xxviii. vers. 17. Pauensque Quem terribi-

lis eſt, inquit, locus iſte &c. Madrigal. ho. 24. Hiſpanicè.

in Caput XXIX. S. Auguſtinus, to. 1 ſermo. 80. de temp. de Iacob, & Laban.

Robertus Canutus, de Connubio Iacob.

in Caput XXX. Cyrilli Alexandrini ſer.

in Caput XXXI. Eiuſdem. ſer.

in Capitis XXXI. verſ. 2. Heri, & nudius tertius. delrius Adag. Vet. Teſta. par. 1 adag 34.

Verſ. 7. Decem vicibus. id. ad. 35

in Caput XXXII. de lucta Iacob cum Deo Cyrilli Alexandrini, Sermones.

Ferdinandus de Eſcalante, in Clypeo li. 3. ca. 9

in capitis XXXII. verſu 11. Percutere Matrem cum filijs Delrius, vbi ſupra adag. 36.

Verſus 12. Sicut arenam maris idem ibidem adag. 37.

in Capitis XXXIII. verſ. 10. Quaſi vultum Dei. Delrius, ibidem adag. 38.

in capitis XXXIV. verſ. 30. Fœrere facere, & Viri numeri. idem, ibidem, adag. 38. & 40

in Capitis XXXV. verſ. 5. Terror Dei. idem ibi. adag. 41

in caput XXXVII. S. Auguſtinus, de ſomnio Ioſeph. tom. 10. ſerm. 81 de tempore.

Cyrilli Alexandrini, Sermones.

Ferdinandus de Eſcalante, in Clypeo lib. 2. cap. 2. & 3.

in caput 38. Cyrilli Alexandrini, ſerm.

in caput 39. de Ioſeph, & Domina ſua Sancti Auguſt. to. 10 ſerm. 83. de temp.

in capitis 39. verſ. 6. Nihil noſſe præter panem. Delrius, Adag. vet. Teſt. par. 1. adag. 42

in caput 40. de Somnio Princernæ Pharaonis, & Magiſtri Piſtorum, Ferdinandus de Eſcalante, in clypeo libro. 2. cap. 4. & 5

in capitis 40. verſ. 13. Leuare caput Delrius, vbi ſup. ada. 43.

in caput 41. de Somnio Pharaonis, & interpretat. Ioſeph.

F. de Eſcalante, vbi ſup. ca. 6.

in capitis 41. verſus 17. Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni. Io. Albã, Electorum Sacræ

ſcripturæ. Centuriæ c. 6.
Verſ. xliv. Mouere manum, aut pedem. Delrius, vbi ſup. ada. 44.
in Capitis xliv. verſ. 5. Scyphus quem furati eſtis &c. Io. Alba, vbi ſupra cap. 7.
Verſ. 15. An ignoratis quod non ſit ſimilis mei &c. Id, Ibidem.
in Capitis xlv. verſ. 18. Medullam terræ comedere. Delrius, vbi ſupra adag. 45.
in Capitis xlvii verſ. 9. Dies parui, & mali. Idem adag 46.
Verſ 12. vſque ad os paruuli. Id adag. 47.
in Caput xlviii. Cyrilli Alexandrini, Sermones.
in Capitis xlviii. verſ. 14. Intelligere fecit magnus, Delri. vbi ſupra adag 48.
Verſ. 22. In gladio, & arcu meo Delrius, adag. Vet. Teſt. par. 1. adag. 49.
in Caput xlix. de Teſtamẽto, & benedictionibus 12. 12. Patriarcharum.
Apochriphus liber, in Bibliot. PP. to. 5.
Albini ſeu Alcuini, Queſtiones.
